

Edit. C. Tarraconen. Prooem.

Anno Domini MCCXLVII, decimo kalendas maii, convenientibus in unum venerabilibus patribus nobis Petro Dei gratia Tarraconensi archiepiscopo, P. Dertusensi, Raimundo^a Cesaraugustano, et B.^b Vicensi episcopis, magistro Berengario et P. de^c Meserata^d procuratoribus^e Barcinonensis episcopi^f, magistro Mattheo Ilerdensi procuratore^g Urgellensi episcopi, G. Vitali Ilerdensis capituli^h, M.ⁱ Archidiacono Valentino pro episcopo Valentino^j, R. Archidiacono pro episcopo^k Ca'lagurritano, et eius procuratore^l M. Petri archidiacono pro^m Tyrasonensi episcopoⁿ, apud Tarraconem^o in provinciali concilio. Cum Petri Navicula variis tribulationum procellis undique irruentibus^p, in mari huius saeculi tumultuosius^q agitetur, et adversus Dei ecclesiam, in subversionem fidei et conculcationem libertatis ecclesiasticae, persecutionis ollam succedant^r humani generis inimicus, nec sit de qualitate meritorum hominum confidendum, sed devotius solito divinum auxilium in tanto necessitatis articulo implorandum, sacro approbante concilio duximus statuendum etc. *Quod in singulis*, et infra.

^a R. V | ^b Bernardo V | ^c de om. V | ^d Miserata V | ^e procuratoribus om. V | ^f episcopi om. V | ^g Ilerdensi procuratore om. V | ^h capituli om. V. | ⁱ Magistro M. V | ^j pro episcopo Valentino om. V | ^k pro episcopo om. V | ^l eius procuratore om. V | ^m pro om. V | ⁿ episcopo] episcoporum procuratoribus V | ^o Tarraconam V | ^p irruentibus] imminentibus V | ^q tumultuosius V | ^r succederint V.

Ex codice Barchinonen. apud Agustinian. (P. V. 257-I).

I. Quod in singulis ecclesiis Terachonensis provinciae qualibet die semel dum missa populo vel conventualis celebratur, finita oratione dominica et dicto *Per omnia saecula saeculorum*, ante *Pax Domini*, dicatur a choro vicissim psalmus *Deus in adiutorium meum intende* et coetera et subiugatur *Gloria Patri* et coetera, quo perdicto, sacerdos qui celebrat dicat has praeces: *Post partum virgo inviolata permansisti*, et chorus respondeat: *Dei genitrix intercede pro nobis*. Sacerdos: *Exsurgat Deus et dissipentur inimici eius*, et chorus: *Et fugiant qui oderunt eum a facie eius*, et sacerdos: *Salvum fac populum tuum Domine et benedic haereditati tuae*, et chorus: *Et rege illos et extolle illos usque in eternum*. Et sacerdos: *Fiat pax in virtute tua*; et chorus: *Et abundantia in turribus tuis*. Et sacerdos: *Dominus vobiscum*; et chorus: *Et cum spiritu tuo*. Et subiungat sacerdos tres orationes, prima de beata Maria virgine, scilicet *Concede nos famulos tuos* etc.; secunda pro Ecclesia, scilicet *Ecclesiae tuae Domine preces placatus admitte* etc.; tertia vero pro pace, scilicet *Deus a quo sancta desideria* etc. Sacerdos dicente in fine ultime orationis *Per Christum Dominum*, et choro respon-

dente *Amen*. Et sacerdos postea dicat: *Pax Domini* etc. et sic compleat sive finiat missam suam. Eodem modo duximus ordinandum ut in qualibet prima dominica cuiuslibet mensis in qualibet ecclesia, ante introitum missae fiat sollempnis processio prout moris est cum cruce, lumine et incenso, in cuius processione principio sacerdos vel aliis ante altare incipiat alta voce antiphonam *Salve Regina mater* etc. et tunc omnes flectent genua ad honorem beatae Virginis quam salutant, et cantata illa clausula, scilicet *Salve Regina* surgentes prosequantur residuum antiphonae faciendo processionem. Finita vero antiphona supradicta et processione, statim missa in Christi nomine celebretur, ita tamen quod semper prima collectae missae sub una clausula continuetur oratio *A cunctis nos Domine* etc. et post completorium cantetur, sive dicatur, antiphona *Salve Regina*, et post antiphonam dicat sacerdos: *Dignare me laudare te virgo sacrata* et *Fiat pax in virtute tua*, et orationes *Concede nos famulos tuos* et *Deus auctor pacis* etc.

Ex Codice Dertusen. (fol. 22).

Septimum concilium Tarrachone

II. *De provinciali concilio celebrando*

(L)icet^a in constitutione domini Sabinensis quondam Apostolice Sedis legati olim fuit^b constitutum quod apud Tarrachonam^c annuatim in dominica qua cantatur *Iubilate*^d comprovinciale^e concilium celebretur; tamen quia decet episcopos et clericos ex partes esse forensis^f et nundine^g que in eadem civitate sunt eodem tempore constitute, propter quod tam episcopi quam eorum procuratores et prelati alii tam in hospitiiis quam victualibus et etiam aliis quamplurimis iacturam non modicam sustinebant, sacri approbatione concilii^h duximus providendum quod in dominica qua cantatur *Letare Iherusalem* semperⁱ concilium celebretur.

^a Licet] Item antep. V | ^b fuerit V | ^c Terrachonam V | ^d Iubilate cantatur *transp.* V | ^e comprovinciale] provinciale V | ^f forensium V | ^g et nundine] nundinarum V | ^h sacro approbante concilio V | ⁱ semper] dictum *add.* V.

III. *Contra donantes occulte beneficia ecclesiastica*

(I)tem cum occulta donatio suspicione non careat iuxta canonicas sanctiones, sacri approbatione concilii donationes occultas de dignitatibus, personatibus, rectoriis, prebendis seu portionibus et omnibus aliis administrationibus, ministeriis, officiis et beneficiis ecclesiasticis quocumque nomine censeantur fieri prohibemus, statuentes ut tam donator quam donatoris^a donationem^b factam infra tempus de conferendis beneficiis a canonibus diffinitum a vacationis tempore computandum,

taliter studeat publicare ut appareat cui donaverit, et quo tempore sit donatum, aliter quidem facta donatio ipso iure non valeat, nec alicui competat actio vel deffensio ex eadem. Sane donator qui contra hoc statutum venerit conferendi potestate careat ea vice et ad alios secundum Lateranensis statuta concilii huiusmodi collatio devolvatur.

^a donatarius V | ^b donationem] recipiens *add.* V.

Ed. C. Tarraconen. Subscriptiones.

Ego Petrus sanctae Tarracoenensis ecclesiae archiepiscopus subscribo.

Ego Pontius Dertusensis episcopus subscribo.

Ego Raimundus Caesaraugustanus episcopus subscribo.

Signum B. Dei gratia Vicensis episcopi.

Signum magistri Berengarii de Curti procuratoris episcopi Barcinonensis.

Signum magistri Matthei de Ilerda procuratoris domini episcopi Urgellensis.

Signum magistri M. archidiaconi Valentini procuratoris domini episcopi Valentini.

Signum Guillelmi Vitalis subscribo ratione procurationis ecclesiae Ilerdensis.

Ego R. Semeni archidiaconus Calagurritanus et procurator eiusdem ecclesiae subscribo.

Ego M. Petri archidiaconus procurator domini Tyrasonensis episcopi subscribo.

Signum Petri de Meserata procuratoris episcopi Barcinonensis.

Ego Ioannes de Guardia notarius domini archiepiscopi supradicti, mandato eiusdem et supradictorum suffraganeorum, die et anno prae-fixis haec scribi feci.

Ex Codice Dertusen. (fol. 22 r).

Ego Petrus Tarrachonensis archiepiscopus.

Ego Poncius Dertusensis episcopus.

Ego Bernardus Viscensis episcopus.

Ego Raimundus Cesaraugustanus, omnes hoc firmamus.

X. CONCILI PROVINCIAL A ALCANYÇ I A TARRAGONA DE L'ANY 1250
(Vuitè dels de Pere d'Albalat)

Fidel Fita creu en la celebració d'un concili a Tortosa que hauria tingut lloc a darreries del mes de març de 1248, del qual hom no coneix cap constitució.

En realitat, més que no pas d'un concili, es tractava de l'establiment de convenis de l'estament eclesiàstic amb el rei Jaume, per ajudar a l'expulsió dels serrains del regne de València, que donaren lloc a compromisos contrets primer a Tortosa i després a Tarragona, pels que calia l'assentiment de la Santa Seu. Aquestes negociacions provocaren reunions de l'estament eclesiàstic, que no eren concilis pròpiament dits en el sentit canònic de la paraula ni deixaren obra legislativa. Per això en l'enumeració clàssica de la província Tarraconense, no ocupen lloc dins la sèrie dels de l'arquebisbe Pere d'Albalat.

El 15 de febrer del 1250, s'aplegà concili provincial a Alcanyç, presidit per l'arquebisbe Pere d'Albalat on hi foren presents els bisbes d'Osca, Pamplona, Barcelona, Vic, Lleida, Saragossa i València, amb procuradors dels bisbes absents. S'hi acordà l'excomunió del rei de Navarra que havia exiliat el bisbe de Pamplona i el seu capítol, i els havia expoliat tant a ells com als clergues que els eren addictes i demés havia dictat lleis contra la llibertat de l'església; a l'ensems s'aplicaren altres sancions canòniques al prior d'Olite i altres que havien donat consell i ajuda a aquell rei. En la sessió conciliar del dia següent seguiren les deliberacions sobre la imposició de marques sobre beneficis vacants a la província eclesiàstica, excepció feta de les diòcesis de València i Tarragona.

Al cap de pocs dies el concili es continuà a la ciutat de Tarragona, on el dia 15 de març es decretaren tres constitucions, la primera d'elles donant categoria de constitució provincial al compromís d'ajuda promès al rei Jaume a Tortosa i ratificat després en document de 1 de març de 1249.

Les actes de les dues sessions d'Alcanyç ens han pervingut per les còpies tretes per Villanueva del còdex dels Agustiniàns de Barcelona (V).

El proemi de la sessió de Tarragona figura en l'aplec que havia format l'arquebisbe Antonio Agustín i en la còpia de Villanueva del còdex del convent de Sant Agustí de Barcelona (V).

De les constitucions, la primera és únicament del còdex agustiniana (V), la segona d'aquest i del còdex de Tortosa (D) i la tercera només figura en el primer ms. i, com a cosa temporal, no s'integrà en el segon.

Observem, per l'esment que dels incipits de constitucions recull el proemi de la continuació del concili tingut a Tarragona, l'identitat de les constitucions I i II.

Tenint en compte que d'aquestes cinc constitucions del concili de l'any 1250, les dues d'Alcanyiç i les primera i tercera de la sessió de Tarragona, tracten matèries circumstancials, no passaren a la compilació de l'any 1330; tan sols hi fou admesa la segona de Tarragona *Cum non sine gravi*.

BIBLIOGRAFIA: FIDEL FITA, *Concilios tarraconenses de 1248, 1249 y 1250*, en "Boletín Real Academia Historia" 40(1902) 444; VALLS TABERNER, cit., p. 259 fixa aquest concili com si fós de 1249; probablement es deu a la confusió que dimana de la troballa per Fita del pergami 1150 de Jaume I a l'Arxiu de la Corona d'Aragó, que no va rebre la categoria de constitució provincial fins el concili de 1250 celebrat a Tarragona; SÁENZ DE AGUIRRE, III, p. 504; MANSI XXIII, p. 777; TEJADA Y RAMIRO, VI, p. 46; MORERA, *Tarragona Cristiana*, II, p. 287.

Ex codice Barchinonen. apud Agustinian. (P-V-261-I).

Anno Domini M.CC.XLIX, V kalendas martii, convenientibus in unum venerabilibus patribus P. Dei gratia Terrachonensi archiepiscopo, V Oscensi, P. Pampilonae, P. Barchinonae, B. Vicensi, G. Ilerdensi, A. Caesaraugustano, et A. Valentino episcopis et aliorum procuratoribus apud Alcanizium concilium celebrantibus provintiale, habita deliberatione et consilio diligenti statuerunt inferius annotata:

Quia rex Navarrae venerabilem fratrem Pampilonensem episcopum et eius conventum exulare compulit et compellit, et spoliavit eos ac omnes clericos eiusdem obedientes episcopo omnibus bonis suis, mandata per regnum suum faciens, et statuta per quae sacramenta ecclesiastica sicut deceret impediuntur et impedit, et constat quod prior de Olito, Iohannes Garciae Tirasonae, magister Berengarius Tutelanus canonicus, et quidam alii clerici Terrachonensis provintiae sibi prebent

consilium, favent etiam in huiusmodi et assistunt, quod grave gerimus et molestum, statuimus quod nisi usque ad festum sancti Iohannis mensis iunii proximi praedicti clerici et alii Terrachonensis provinciae satisfecerint iuxta formam ecclesiis de premissis ex unco ut ex nunc omnibus beneficiis ecclesiasticis quae in eadem ecclesia obtinent sint privati, et efficiantur impromovibiles, ita quod nunquam possint in Terrachonensi provincia dignitatem vel aliud ecclesiasticum beneficium obtinere. Item denuntiamus et denunciare mandamus per totam nostram provinciam publice excommunicatos predictum Regem Navarrae, etc.

Ex codice Barchinonen. apud Agustinian. (P-V-262-I).

Anno Domini M.CC.XLIX, IV kalendas martii, cum dominus Papa mandasset nobis Petro Dei gratia Tarrachonensi archiepiscopo quod P. sacristae Illerdensis faceremus in Terrachonense provincia in C[ollectore] marcharum beneficio provideri, nos archiepiscopus memoratus habita deliberatione cum quoepiscopis nostris et fratribus, videlicet Caesaraugustano, Oscensi, Illerdensi, Valentino, Barchinonensi et Vicensi, in Alcaniacensi concilio personaliter constitutis, de communi eorum consilio et assensu singulis episcopis nostrae provinciae, excepto episcopo Valentino et nobis similiter exceptis, singulas XX marchas et bonas et recti ponderis praedictis marchis duximus imponendas, et eas dicto sacristae in beneficium assignamus. Ita quod dicti episcopi eas annis singulis sibi conferant, recipiendas ab ipso sacrista de primis beneficiis vacaturis in diocesis eorundem. Et sit contentus dictus sacrista pro marchiis praedictis dicta impositione marezarum. Ita quod ratione rescriptorum a Sede Apostolica obtentorum super marchiis praedictis nichil possit de coetero exigere sive petere aliqua ratione, cum consideratis omnibus circumstantiis et iure predicti sacristae in huius impositione credamus eidem gratiam impendisse. Actum est hoc die et anno praedictis. Addicientes quod, si quid iam sibi assignatum est in diocesi aliquorum, illud sibi recipiat in solutum pro impositione praedicta usque ad concurrentem quantitatem.

Edit. C. Tarraconen. Prooemium.

Anno Domini MCCXLIX, idibus¹ martii, nos Petrus miseratione divina Tarraconensis archiepiscopus, in civitate Tarraconensi² concilium celebrantes, praesentibus venerabilibus fratribus Pontio³ Dertusensi, V. Oscensi⁴, P. Barchinonensi, G. Ilerdensi et A. Valentino⁵ episcopis, P. Alberti capituli Barcinonensi ac⁶ Gerundensi episcopi, B. Burdi⁷, B. Vicensis, B. de Pratis⁸ priore Urgellensi, G. Caesaraugustani sacrista Caesaraugustani⁹, et S. Petri¹⁰ Tyrasonensis¹¹ episcoporum, et P. de Lerato cantore Ilerdensis, S. de Boleia¹² Oscensis capitulorum

procuratoribus, fratre T.¹³ Rivipollensi, et fratre P. sancti Cucufatis abbatibus, communi aprobatione concilii ordinavimus inferius annotata, et *in primis quod domino Iacobo regi etc.*, et infra *Item cum non sine gravi etc.*

¹ idus V | ² Terrachonae V | ³ P. V | ⁴ Oscensis V | ⁵ Vicensi V | ⁶ ac] et V | ⁷ Vurderi V | ⁸ Pradis V | ⁹ Caesaraugustae V | ¹⁰ P. V | ¹¹ Tirasone | ¹² Boleya V | ¹³ D. V.



Ex codice Barchinonen. apud Agustinian. (P-V-259-I).

In primis quod domino Iacobo regi Aragonensis detur vicessima, praeter illam vicessimam, qua apud Dertusam extitit iam concessa de redditibus vel proventibus ecclesiae Terrachonae, cui nos super hoc obligavimus in hunc modum:

“Pateat universis quod nos Petrus misericordie divina Terrachonensis archiepiscopus, P. Dertusensis, V. Oscensis, P. Barchinonensis, G. Illerdensis, A. Valentinus episcopi, P. Alberti canonicus Barchinonae et procurator sui capituli ac B. Gerundensis episcopi, Berengarius Burdi procurator B. Vicensi episcopi, Benedes de Pratis prior procurator Urgellensis episcopi, P. de Lerato cantor Illerdensis procurator eiusdem capituli et S. de Boleya canonicus procurator Oscensis capituli, Geraldus sacrista Caesaraugustae procurator Caesaraugustae episcopi, et S. Petri procurator Tirasone episcopi, frater D. Rivipullensis, et frater P. sancti Cucufatis abbates in Terrachone congregati concilio, attendentes quod vos dominus Iacobus Dei gratia rex Aragoniae zelum fidei catholicae habentes prae oculis ad expulsionem sarracenorum de Regno Valentiae, attenta sollicitudine laboratis, vestram etiam necessitatem et utilitatem nostram propriam in parte huius reputantes de domini Papae voluntate atque consensu promittimus vobis quod praeter vicessimam nostrorum reddituum istius anni, quam hoc anno apud Dertusam vobis dare promittimus, vicessimam nostrorum reddituum sequentis anni vobis dabimus in subsidium negotii memorati. Ita quod usque ad kalendas iunii proximas primi anni vicessima, et a proximis kalendis iunii usque ad unum annum alterius, sive secundi anni, vicessima vobis vel cui volueritis compleantur. Actum est hoc idus martii anno Domini M.CC.XLVIII.”

Ex codice Dertusen (fol. 22 r).

II. De bonis praelati defuncti fieri inventarium

(C)um non sine gravi¹ peccato quod suum non est possit aliquis retinere, antiquum² canonem hec huiusmodi beneplaciti ad memoriam



reducentes, sacro aprobante concilio statuimus quod³ post mortem archiepiscopi cuiuslibet episcopi vel alterius prelati seu beneficati Tarrachonensis provincie bona ipsius ecclesiastica⁴ ad manus aliquorum fidedignorum perveniant, secundum quod in ecclesia defuncti de consuetudine est obtentum, vel si consuetudo cessat duo obligantur fidedigni si preherat defunctus conventui aut ab episcopo diocesano vel eius locum tenentem si defunctus conventui non preerat qui bona recipiant supradicta, nec⁵ infra quindecim⁶ dies administratores tales⁷ seu procuratores, adhibito tabellione publico et testibus ad hoc specialiter convocatis, conficiant de omnibus rebus defuncti mobilibus et immobilibus et semoventibus inventarium; et si per necligentiam hoc fuerit obmissum⁸, predicti procuratores ad duplum teneantur. Si vero predicti administratores vel aliquis alius de bonis predictis aliquid invaserit vel rapuerit⁹ fraudulenter, et legitime ammonitus¹⁰, bona sic retenta sine diminutione non restituerit successori, auctoritate concilii se noverit excommunicationis¹¹ sententia innodatum. Amonemus¹² autem episcopos et alios prelatos Tarrachonensis provincie ut in vita sua, si comode fieri poterint¹³, de rebus predictis confici faciant inventarium.

§ Hanc autem sententiam vel illam de invasoribus ecclesiarum vel rerum earum per constitutionem, que incipit *Olim*, ad personas¹⁴ archiepiscopi vel episcoporum extendi nolumus ullo modo.

¹ gravi om. V | ² antiquum V | ³ quod] ut V | ⁴ ecclesiastica V, ecclesiasticam D | ⁵ nec] et V | ⁶ X. V | ⁷ tales administratores *transp.* V | ⁸ ommissum V | ⁹ rapuerit] vel retinuerit *add.* V | ¹⁰ monitus V | ¹¹ excommunicationis V | ¹² admonemus V | ¹³ poterit V | ¹⁴ personas] et *add.* V.

Ex codice Barchinonen. apud Agustinian. (P-V-260-D).

Item denuntiamus et nuntiari mandamus excommunicatos per totam provintiam, Dalmatium de Alentorn, Burdum de Albido de Sero, R. de Villamur et baiulum de Spalargis, et omnes alios qui F. de Gatello clericum ceperunt et captum tenuerunt. Denuntiamus etiam excommunicatos R. de Odena, R. de Portella et Br. de Caldeis et eorum complices pro dampno quod dederunt hominibus sanctae Mariae de Plano. Item denuntiamus excommunicatum R. de Castronovo militem.

Ed. C. Tarraconen. Subscriptiones.

Ego Petrus sanctae Tarraconensis ecclesiae archiepiscopus subscribo.

Ego Pontius Dertusensis episcopus subscribo.

Ego Vitalis Oscensis episcopus subscribo.

Ego Frater Petrus Barcinonensis episcopus.

Ego frater G. Ilerdensis episcopus subscribo.

Ego frater Andreas Valentinus episcopus subscribo.

Ego Petrus Albertus Barcinonensis canonicus procurator domini Gerundensis episcopi subscribo.

Ego Sanctius Petri canonicus Tyrasonensis procurator domini Tyrasonensis episcopi subscribo.

Ego Ricardus archidiaconus Urgellensis procurator domini episcopi Vicensi subscribo.

Ego Benedictus Urgellensis sedis prior procurator domini Urgellensis episcopi subscribo.

Ego Guillelmus Alarico notarius domini archiepiscopi supradicti, mandato eiusdem et praedictorum omnium, scribi feci die et anno prefixis.

Ex codice Dertusen. (fol. 23 r).

Petrus Tarrachonensis archiepiscopus.

Poncius Dertusensis episcopus.

Vitalis Oscensis episcopus.

Petrus Barchinonensis episcopus.

Frater Guillelmus Ilerdensis episcopus.

Frater Andreas Valentinus episcopus, omnes hoc firmamus.

XI. CONCILI DE TARRAGONA DE L'ANY 1253

(Primer dels de Benet de Rocabertí)

L'arquebisbe Pere d'Albalat morí el 2 de juliol de 1252 i fou enterrat al monestir de Poblet. Després de laborioses gestions del capítol tarragoní amb els bisbes sufraganis, el 9 d'agost del mateix any era elegit nou metropolità Benet de Rocabertí, que fou confirmat pel papa i rebé el sagrat palli el 28 de febrer de 1253.

Un dels seus primers actes fou la celebració de concili provincial, que no tingué lloc a la data instituïda pel concili de 1247¹, sinó a la dominica de Passió, que coincidí amb el 6 d'abril de 1253. Les constitucions foren publicades el dimarts següent, dia 8 del mateix mes.

El proemi d'aquest concili, a més de figurar en l'aplec que d'a-

1. S'havia fixat que pel successiu els concilis provincials fossin celebrats el quart diumenge de Quaresma.

quests havia fet Antonio Agustín (E), el recullen la còpia treta per Villanueva del còdex dels Agustinians de Barcelona (V) i el còdex de Tortosa (D), aquests dos darrers amb més amplitud que no pas Agustín.

Les subscripcions només les trobem en el recull d'Antonio Agustín i en el còdex de Tortosa, encara que, com de costum, més resumides en aquest.

Es dictaren sis constitucions, de les quals les quatre primeres són tant en el còdex de Tortosa com en la còpia Villanueva del ms. del convent de Sant Agustí de Barcelona; les dues últimes només les porta la còpia de Villanueva.

En general, els mss. de la compilació de l'any 1330, presenten, en les respectives rúbriques, la data d'aquest concili en forma correcta, amb les úniques discrepàncies de dos d'aquells còdexs que s'aparten de la data veritable i admesa per tots els demés, com veurem en la segona part d'aquest treball.

A l'esmentada compilació feta per Joan d'Aragó l'any 1330, s'hi recolliren les tres primeres constitucions d'aquest concili.

En la constitució cinquena de les promulgades pel present concili de 1253, s'esmenta la lectura i publicació de lletres pontificies i altres que atorgaven mercès especials a l'arquebisbe i als seus sufraganis i pel bé de les ànimes. Possiblement es referiria al rescripte donat per Innocenci IV datat de Lió el 17 de novembre de 1246 concedint a l'arquebisbe de Tarragona l'us del sagrat palli i fer-se precedir amb creu alçada dins l'àmbit de la província Tarraconense ² i a la butlla de 20 d'agost de l'any següent, també datada des de Lió, moderant les penes imposades pel concili provincial de 1229 als clergues concubinaris i autoritzant llur absolució amb les degudes garanties i penitències ³; tal volta, també s'hauria donat lectura al rescripte del cardenal Egidi del títol de Sant Cosme i Sant Damià, lliurat per aquest el primer de juny de 1251, en compliment d'ordre verbal del papa Climent que, de nou, moderava les penes imposades en el concili de Lleida de 1229 als clergues concubinaris .

2. Recollit en les edicions de les constitucions provincials tarraconenses, primera part, llibre I, tít. V, c. 1.^a

3. En la segona part de les esmentades edicions (supèrflues, contràries, derogades etc.), llibre I, tít. I, *De cohabitatione clericorum et mulierum*, c. 2.^a

Aquest darrer rescripte és relativament abundós en les col·leccions de constitucions sinodals on se'l còpia i dóna aplicació; però no arribà a reformar el dret provincial, sinó més aviat el sinodal de cada diòcesi, i encara sense apressar-se a fer-ne ús. Per a la ciutat i arxidiòcesi de Tarragona no se'n feu aplicació fins al sínet que celebrà l'arquebisbe Olivella l'any 1281; a Girona al sínet del bisbe Berenguer de Cruïlles de l'any 1360. D'aquest interessant rescripte en publiquem la versió que dóna el còdex de la seu de Tortosa (D), col·locant-hi el manuscrit T-119 de l'Arxiu Diocesà de Girona (G), el procedent de la col·legiata de Sant Feliu del mateix arxiu (F) ⁴ i el text de la revisió feta per Antonio Agustín (E) ⁵.

Els restants mss. que insereixen el rescripte del cardenal Egidi, com són els dos de l'Arxiu Capitular de Barcelona ⁶ i el còdex 147 de la Biblioteca Episcopal de Vic, donen una versió molt semblant a la d'Antonio Agustín. Així com els dos mss. gironins a la data d'aquest document hi posen la localitat *Quatrue*, el text d'Agustín diu *Genuae* i els restants còdexs expressen que fou expedit a *Ianue*.

BIBLIOGRAFIA: *Marca Hispanica*, p. 534; SÁENZ DE AGUIRRE, III, p. 505; TEJADA Y RAMIRO, III, p. 323 i VI, p. 50; VALLS I TABERNER, cit., p. 260.

Edit. C. Tarraconen. *Proem*.

Anno Domini MCCLIII ¹, sexto ² idus aprilis, nos Benedictus divina providentia Tarraconensis Archiepiscopus ³, in civitate Tarraconensi ⁴ sacrosanctum ⁵ concilium celebrantes presentibus venerabilibus fratribus A. ⁶ Caesaraugustano, B. ⁷ Gerundensi, G. ⁸ Ilerdensi et D. ⁹ Oscensi episcopis; et ¹⁰ presentibus aliorum suffraganeorum nostrorum et eorundem capitulorum procuratoribus, ac venerabilibus et discretis viris P. de Granyana ¹¹ castellano Empostae et Iacobo de Timor tenente locum magistri domus militiae Templi, consideratione habita diligenti.

Ex codice Dertusen. (fol. 23 v).

...diligenti] quod constitutiones ¹² prelatorum ¹³ non solum confusionem sed etiam periculum animarum ¹⁴ plerumque inducunt ¹⁵, et ¹⁶

4. Cf. I, còdex 5.

5. Proemi d'aquest treball, n. 3.

6. Cf. I, còdexs 7 i 8.

dum ea que constituuntur non observantur debita reverentia et legitime ut deceret, constitutiones de novo aliquas edere nolimus¹⁷, sed mandamus firmiter et districte quod constitutiones per dominum papam Innocentium tertium¹⁸ et quartum¹⁹ et per dominum Iohannem Sabinensem episcopum in Yspania²⁰ olim legationis officio fungentem et per predecessores nostros in conciliis provincialibus edite sunt, ab omnibus nostre provincie inviolabiliter observentur.

¹ MCLIII] Millesimo. cc°.l°. tertio D | ² vr°. DV | ⁸ archiepiscopus Tarrachonensis transp. D | ⁴ in civitate Tarraconensi om. D, Terrachone V | ⁵ sanctum D | ⁶ Arnaldo D | ⁷ Bernardo D | ⁸ Guillelmo D | ⁹ D.] Vitale D | ¹⁰ et om. D | ¹¹ Gasserana V | ¹² constitutionum V | ¹³ prelatorum] pluralitas V | ¹⁴ animarum periculum V | ¹⁵ inducit V | ¹⁶ et om. V | ¹⁷ noluimus] in presenti add. V | ¹⁸ III. V | ¹⁹ IV. V | ²⁰ Yspania] partibus add. V.

I. *Episcopi subditos suos raptores et invasores excommunicatos per concilium Tarracone possunt absolvere*

(I)tem sacro aprobante concilio plenam concedimus universis nostris suffraganeis potestatem absolvendi subditos suos qui excommunicati per ipsos fuerint, vel etiam auctoritate constitutionis sacri concilii Tarracone contra malefactores et invasores bonorum¹ ac rerum ecclesie promulgate, licet dicti excommunicati denunciati fuerint in concilio Tarracone².

¹ bonorum] hominum V | ² Terrachonensis V.

II. *Archiepiscopus raptores et invasores excommunicatos per concilium Tarracone unum quemque de sua provincia protest absolvere*

(I)tem fuit ordinatum sacro concilio aprobante quod dominus archiepiscopus absolvat subditos¹ suffraganeorum suorum qui ad ipsum venerint excommunicatos ratione constitutionis sacri concilii Tarracone contra invasores et malefactores hominum et rerum ecclesie promulgate, premissa satisfactione et secundum formam ecclesie, et quod dominus archiepiscopus assensu diocesani illius vel illorum excommunicatorum requirat si sibi visum fuerit expedire.

¹ subditos om. V.

III. *Presbiteri ad invicem possunt absolvere*

(I)tem sacro aprobante concilio damus universis nostre provincie presbiteris potestatem quod ad invicem unus alii possit super minori¹ excommunicationis² sententia absolutionis beneficium impartiri.

¹ minorum V | ² excommunicationum V.

IV. *Contra illos qui in provinciali concilio excommunicati denuntiatur*

(I)tem, presentibus et aprobantibus venerabilibus fratribus episcopis et procuratoribus antedictis, duximus statuendum concilio celebrato, quod omnes qui de cetero excommunicati fuerint in sacrosancto provinciali concilio¹ nuntiandi antea per diocesanum suum qui de ipsorum excessu scire poterit plenius² veritatem denuntietur³ in ipsius diocesani⁴ katedrali et per ipsius dioceses mandarunt⁵ publice nuntiari, et ad⁶ predicta denuntiatione⁷ fiat scriptura sigillo diocesani signata, in qua dies et annus denuntiationis etiam⁸ causa excommunicationis evidentissime exprimat, et dicta scriptura tradantur⁹ in prima die concilii ut deliberatione habita per sacrosanctum concilium contra dictos excommunicatos ad denuntiandum eos, vel ad alia sicut sancto concilio expedire¹⁰ visum fuerit legitime procedatur, ut erroris¹¹ reprehensionis materia valeat evitari.

¹ concilio *om.* V | ² plenius] poterit *add.* V | ³ denuntietur V | ⁴ diocesani] ecclesia *add.* V | ⁵ ipsius dioceses mandarunt] eundem diocesanum mandentur V | ⁶ ad] de V | ⁷ nuntiatione V | ⁸ etiam] et V | ⁹ tradantur] ostendantur V | ¹⁰ expedire *om.* V | ¹¹ erroris] et *add.* V.

Ex codice Barchinonen. apud Agustinian. (P-V-244-D).

V. Item fecimus legi et publicari in dicto concilio quasdam litteras domini Papae nobis concessas specialiter, ac etiam quasdam alias nobis et nostris suffraganeis communiter plures gratias continentes ad salutem animarum et ad provisionem pariter subditorum. Item sacro approbante concilio excommunicamus hereticos, fautores, credentes et receptores eorum quocumque nomine censeantur.

VI. Item ut predicta omnia ad notitiam perveniant singulorum, approbantibus episcopis et procuratoribus antedictis mandamus quatinus praedicta denuntient omnes episcopi nostrae provintiae in prima synodo quam eos contigerit celebrare.

Ed. C. Tarraconen. Subscriptiones.

Ego Benedictus divina providentia Tarraconensis archiepiscopus hoc firmo.

Ego Arnaldus Caessaraugustanus episcopus subscribo.

Ego frater B. Gerundensis episcopus subscribo.

Ego magister V. Oscensis episcopus subscribo.

Ego frater G. Ilerdensis episcopus subscribo.

Ego P. Petri prior Oscensis procurator capituli subscribo.

Ego B. Anajarii Ilerdensis archidiaconus, procurator una cum sacrista Tyrasonensi, episcopi et capituli Tyrasonensis subscribo.

Ego Berengarius de Spiellis praecentor Barcinonensis et procurator episcopi et capituli eiusdem firmo.

Ego Petrus Marsagalli, scriptor dicti domini archiepiscopi, hoc scripti mandato omnium praedictorum die et anno praefixis.

Ex codice Dertusen. (fol. 25 r).

Benedictus divina providentia archiepiscopus Tarrachone.

Arnaldus Cesaraugustanus episcopus.

Vitale Oscensis episcopus.

Guillelmus Ilerdensis episcopus, qui predicta firmaverunt.

Ex Cod. Dertusen, f. 33 r°

Venerabilibus in Christo patribus archiepiscopis et episcopis et aliis per¹ Yspaniam ecclesiarum prelati².

Egidius divina patientia³ sanctorum Cosme et Damiani dyachonus cardinalis. Salutem in vero⁴ salutari. Ad regimen animarum⁵ et curam Sedes Apostolica per sedem summi⁶ pontificis⁷ instituta pericula per que⁸ commisse sibi anime cadunt graviter⁹ cura debent¹⁰ sollicita remove salubrem animabus ipsius¹¹ addiciendo medelam. Sane cum recolende memorie venerabilis in Christo pater¹² Io.¹³ Sabinensis episcopus in partibus Yspanie legationis officio fungeretur pro reformandis moribus et precipue clericorum, qui per vite mundiciam¹⁴ et conversationem¹⁵ laudabilem forman in moribus ceteris dare debent¹⁶ pura conscientia fecit¹⁷, statuit omnes sacerdotes, dyachonos, subdyachonos et omnes beneficiatos qui in domibus suis vel alienis detinere publice presumerent concubinas, denunciari suspensos ac concubinas talium excommunicationis sententiae subiacerent. Verum quia sepe quod providetur ad bonum, antiqua¹⁸ hostis invidia procurante¹⁹, tendit ad noxam²⁰ predictae sententiae que pro animarum procuranda²¹ salute fuerant promulgate, cum per²² irregularitates quas clerici sententiis eisdem ligati²³ multociens contrahebant, cum per contagiose pene contagium quam²⁴ excommunicati per excommunicationem affecti sibi comunicantes excommunicationis labe inficiunt²⁵ animabus ipsis laqueos eterne mortis parabant et quam plures²⁶ sepiissime unius²⁷ laqueo ligabantur, huic²⁸ morbo dominus Papa salutiferam intendens adhibere medelam, nobis viva voce mandavit ut contra morbum eundem tam pestiferum quam²⁹ dampnosum tam in clerum Yspanie infamiam inducentem, conveniens adhibere remedium curarem, ut animarum vitaretur periculum et nihilominus delinquentes canonicam non efugent³⁰ ultionem. Nos igitur cum prelati ac aliis viris discretis Yspanie³¹ apud Sedem Apostolicam

constitutis super hiis deliberatione prehabita et diu de excommunicatione³² predicta³³ contractu³⁴ habito cum eisdem prospeximus quod cum pro varietate personarum et etiam regionum pene sint provide³⁵ variande ne ad instar imperiti medici omnium³⁶ oculos uno collirio videremur curare³⁷, vobis, qui conditionem personarum et locorum vestre provincie melius scire potestis, eadem auctoritate committimus, districte precipiendo mandantes quatenus habentes pre oculis solum Deum cui de animabus vobis comissis reddituri estis in die iudicii rationem, penas clericis et concubinis predictis per sententias memorata impositas in penas alias quarum³⁸ personarum locorum et temporum circumstantiis provida circumspectione³⁹ pensatis eorundem animarum saluti magis expedire videretis⁴⁰ commutetis; eiusdem⁴¹ legati sententias auctoritate apostolica post modum relaxantes. Singuli autem vestrum nichilominus circa suos subditos, qui ex dictis sententiis in excomunionis⁴² vel irregularitatis laqueos⁴³ actenus inciderunt, per absolutionis et dispensationis gratiam prout merita personarum exegerint eadem auctoritate discretione previa providere curetis, proviso ne⁴⁴ pro correctione morum duxeritis ordinandum ad iniquum⁴⁵ compendium ullatenus⁴⁶ convertatis⁴⁷. Datum Ianue⁴⁸ kalendas iulii⁴⁹ pontificatus domini Innocentii pape⁵⁰ quarti anno .VIII^o. anno⁵¹ Domini M^a.CC^o.L^o. primo.

¹ per] in GF | ² prelati per Hispaniam *transp.* E et constitutis *add.* E | ³ patientia] providentia E | ⁴ verbo GF | ⁵ animarum] ecclesiarum GF | ⁶ summi] sanctissime F | ⁷ per sedem summi pontificis *om.* E | ⁸ quem GF | ⁹ graviter] in commissa *add.* GFE | ¹⁰ debet FE | ¹¹ ipsis FGE | ¹² pater] dominus *add.* E | ¹³ I. FG; Ioannes E | ¹⁴ munditia E | ¹⁵ conversatione E | ¹⁶ dare debent coeteris *transp.* E | ¹⁷ fecit] et *add.* FGE | ¹⁸ antiqui FGE | ¹⁹ procurante invidia *transp.* E | ²⁰ noxiam FG | ²¹ procuranda FG; procurande D | ²² cum per] tamen propter E | ²³ legati] legati E | ²⁴ que FG; qua | ²⁵ inficiunt excommunicationis labe *transp.* E | ²⁶ quamplurimi E | ²⁷ nimis F | ²⁸ huic] autem *add.* FGE | ²⁹ quam] tam E | ³⁰ efigerent FGE | ³¹ Hispaniae discretis *transp.* E | ³² excomunicatione] comutatione FGE | ³³ predicta pene predictae] FGE | ³⁴ contractu] tractatu FGE | ³⁵ providel proprie F; pro inde E | ³⁶ omnium] creature *add.* FG | ³⁷ videremur] curare *add.* FG | ³⁸ curare oculos uno collyrio videremur *transp.* E | ³⁹ quas FGE | ⁴⁰ provida circumspectione *om.* GF | ⁴¹ videritis FG | ⁴² eiusdem] eis E | ⁴³ excommunicationis E | ⁴⁴ laqueo FG | ⁴⁵ ne] ut quod E | ⁴⁶ inicum F | ⁴⁷ nullatenus E | ⁴⁸ comitatis FG | ⁴⁹ Ianue] Quatrue FG; Genuae E | ⁵⁰ iunii FGE | ⁵¹ pape *om.* FG | ⁵² anno *om.* E.

XII. CONCILI DE TARRAGONA DE L'ANY 1256

(Segon dels de Benet de Rocabertí)

Fou començat la quarta dominica després de Pasqua, o sia el 14 de maig de 1256. Publicà les seves constitucions el dimarts següent, dia 16.

Villanueva va transcriure el contingut d'aquest concili, proemi inclòs, del còdex dels Agustinians de Barcelona (V). En l'aplec que va fer Antonio Agustín hi ha el proemi i les subscripcions.

No figura en el còdex de Tortosa.

En ell s'hi veu un concili celebrat pro fórmula i, com esmenta el proemi, "de novo constitutiones aliquas edere noluimus", sinó que ve a refermar les del concili general de Latrà de 1215 i les del concili provincial de Lleida de 1229. A més d'això decretà dues constitucions, una prohibint que els bisbes poguessin difondre els seus assentiments o dissentiments sobre els acords del concili i altra decretant l'excomunió dels heretges i dels seus seguidors o acollidors, amb el que res de nou venia a establir.

Cap d'aquestes dues constitucions s'integrà a la compilació de l'any 1330.

BIBLIOGRAFIA: VALLS TABERNER, cit., p. 260. Tejada y Ramiro, VI, p. 52, simulant haver-ho trobat al còdex dels Agustinians però copiant del recull de Villanueva, atribueix erròniament l'any 1257.

Edit. C. Tarraconen.
Proemium

Anno Domini mcllvi¹, decimo septimo² kalendas iunii, nos Benedictus Dei gratia Tarraconensis archiepiscopus, in civitate Tarraconensi³ sacrosanctum concilium celebrantes, praesentibus venerabilibus fratribus B. Vicensi, A. Barcinonensi, V. Oscensi, et P. Gerundensi episcopis; et episcoporum et capitulorum Tyrasonensis⁴, et⁵ Caesaraugustanis, ac capitulorum Pampilonensis⁶ Oscensis, Ilerdensis, Barcinonensis, Gerundensis et Calagurritanis ecclesiarum procuratoribus, et abbatibus de Bellopodio et de Cardona, et praeposito Celsonensi⁷, et procuratore abbatis Iraxensis, et discretis viris fratre Geraldo Amici Hospitalis Ierosolimitani, et fratre Hugone de Sohi⁸ militiae Templi magistris; considerantes quod constitutiones de novo editae periculum animarum plerumque inducunt si dum a subditis non servantur, de novo constitutiones aliquas edere noluimus, sed firmiter ac districte mandamus quod constitutiones, quae⁹ per dominum Innocentium tertium¹⁰, et quartum¹¹, et per dominum Ioannem Sabinensem episcopum in Hispaniae partibus olim legationis officio fungentem, et per praedecessores nostros in conciliis provincialibus editae sunt, quas in praesenti concilio¹² confirma-

mus et approbamus, ab omnibus nostrae provinciae inviolabiliter observentur, et infra ¹³.

¹ MCCLVII V | ² XVII V | ³ Tarrachonae V | ⁴ Tirasonae V | ⁵ et om. V | ⁶ Pampilonae V | ⁷ Solsonae V | ⁸ Soy V | ⁹ quae om. V | ¹⁰ III. V | ¹¹ IV. V | ¹² concilio statuentes *add.* V | ¹² et infra *om.* V.

Ex codice Barchinonen. apud Agustinian. (P. V., 243-D).

I. — Sacro approbante concilio statuentes quod aliquis episcopus vel aliqui episcopi non faciant vel concedent aliquas litteras sive scripta alia nomine concilii, vel quae tangant consensum, vel disensum, vel approbationem eiusdem concilii, nisi requisita speciali licentia archiepiscopi, et sine ipsius consilio et assensu.

II. — Item sacro approbante concilio excommunicamus haereticos, fautores, credentes et receptores ipsorum cuiuscumque nominis censeantur.

Edit. C. Tarraconen. Subscriptiones.

Ego Benedictus Dei gratia Tarraconensis archiepiscopus hoc firmo.

Signum B. Dei gratia Vicensis episcopi.

Ego V. Oscensis episcopus subscribo et hoc sigum facio.

Ego P. Dei gratia Gerundensis episcopus subscribo.

Signum fratris Joannis abbatis Bellopodio.

Ego B. Cardonensis abbas.

Ego B. Celsonensis praepositus subscribo.

Ego Petrus Guillemi procurator Caesaraugustani et Tyrasonensis episcoporum et capituli Tyrasonensis hoc firmo.

Ego E. Lupi de Luna archidiaconus Vallis Ossellae procurator prioris et capituli Pampilonensis, pro me et comprocuratore meo G. Lupo de Lombieri subscribo.

Ego Petrus Marsagalli notarius domini archiepiscopi supradicti hoc scripsi mandato omnium predictorum die et anno praefixis.

XIII. CONCILI DE TARRAGONA DE L'ANY 1261

L'arquebisbe Benet de Rocabertí l'any 1257 havia sigut cridat a la Cúria romana per raó dels plets i dissensions amb el seu capítol i amb el mateix rei Jaume I ¹. Havia resultat també inútil la mediació dels seus bisbes sufraganis amb el capítol de Tarragona, que havia confiat a aquells el papa Alexandre IV l'any anterior ².

L'estada del nostre metropolità a la cort papal s'anava allargant; el papa Alexandre IV, malgrat les seves virtuts, era excessivament benigne i indecís. L'any de la seva mort (1261) havia deixat aquesta i moltes altres qüestions, que es venien arrossegant de temps, sense resoldre.

Entretant, el perill de la invasió dels Tàrtars s'anava estenent a Terra Santa, a Hongria, Polònia i altres indrets de l'Europa central. Davant d'aquella situació angoixosa pel món cristià, el papa Alexandre estava indecís en promoure una croada i, per a preparar-la, volia abans convocar un concili ecumènic per a la primera quinzena de Pasqua de 1261. Però, en lloc de decidir-ho resultament, feu promoure concilis provincials en els quals, exposada la trista situació de l'Església, cada província eclesiàstica donés el seu parer sobre el que calia fer en aquelles circumstàncies, a l'ensems que també demanava ajut i consell als prínceps cristians. La butlla dirigida amb aquesta finalitat a l'arquebisbe Benet de Rocabertí, com arquebisbe de Tarragona era datada de Roma a 17 de novembre de 1260.

Retingut a la Cúria romana l'arquebisbe de Tarragona, car els conflictes que li havien fet anar no es resolien, Benet de Rocabertí, el 26 de febrer del 1261, des de Roma estant ordenà que fós celebrat el concili provincial que volia el papa, excusant la seva inassistència "cum igitur in Romana Curia propter nostre et ecclesia nostre expedienda negotia constituti, predictis interesse et inten-

1. E. MORERA, *Tarragona cristiana*, II, p. 295; VILLANUEVA, *Viage literario*, XIX, p. 186.

2. VILLANUEVA, *Viage literario*, XIX, apèndix XLIV.

dere non possimus". El mateix dia va escriure al canonge hospitaler de Tarragona, Ramon de Vilafranca, conferint-li especial poder per convocar en nom seu el concili provincial i altres lletres confiant als bisbes de Vic i de Saragossa, conjuntament o separada, la presidència del futur concili provincial, amb plenes facultats per a dur a terme tot allò que podria fer el mateix metropolità si hi fós present. En altra lletra els encarregava que, sobre el procés del concili, es possessin d'acord amb Ramon de Vilafranca.

El concili començà el primer de març i acabà l'onze o dotze del mateix mes de 1261, "celebratum extitit Tarrachone comprovinciale concilium pro Tartarorum negotio, auctoritate Sedis Apostolice et domini Benedicti Dei gratia Tarrachonensis archiepiscopi in romana curia existentis, cui interfuerunt Cesaraugustanus, Vicensis, Barchinonensis, Ilerdensis, Dertusensis, Oscensis et Valentinus episcopi, procuratores etiam Pampilonensis, Tirasonensis, Calagurritani et Gerundensis episcoporum absentium, abbates etiam et alii prelati quamplures et quorundam etiam abbatum et aliorum absentium prelatorum procuratores".

Es tractava de donar opinió sobre els punts plantejats per la Santa Seu i el nostre concili provincial ho feu en el següent sentit: Exhortar els pobles a fer la pau amb Déu i el pròxim, reformar els costums i que els clergues obressin com a models de santetat. Moure les nacions a enviar ajut militar, però abans tindria d'anar un legat pontifici a negociar-ho amb els reis i els magnats. Posar les màximes penes espirituals als cristians que pactessin amb els tàrtars, tal com si es tractés d'un crim de lesa magestat. Les nacions marítimes tindrien d'anar en socors de la Terra Santa i les altres en ajut de l'Europa oriental. Els capdills de la croada tindrien de ser els reis de França i d'Aragó; pel cas de que n'hi hagués prou amb un sol capdill, aquest tindria de ser el rei Jaume d'Aragó, com a més avesat i experimentat en la milícia que el de França. Que la província Tarraconense passava una crisi econòmica i calia fer present al Papa la seva pobresa cas d'haver de donar subsidis per l'empresa, caldria que aquests fossin administrats per la mateixa província i que, entretant, restessin en suspens les altres càrregues fiscals. Ordenar oracions especials en els divinals oficis, dejunar cada divendres i celebrar misses conventuals, que cada

església organitzés una processó cada mes i que els bisbes enviïn predicadors per a exhortar el poble a la penitència i recomanar els dejunis i les almoines.

Per tant, no es prengueren disposicions d'ordre jurídic ni es promulgaren constitucions provincials; per això aquest concili no compta en la sèrie que clàssicament s'atribueix a l'arquebisbe Rocabertí.

S'elegiren quatre comissionats per a remetre aquell informe a la Cúria papal i es lliuraren lletres de credença en favor d'aquells. El 12 de maig el concili s'adreçà per carta a l'arquebisbe, donant-li compte de tot i demanant-li que dirigís l'acció dels comissionats; aquests foren F. de Gatell, canonge de Tarragona, A. de Gualba que ho era de Barcelona, Ramon de Peralta ardiaca de Calataiut del bisbat de Tarassona i García Pere canonge de Lleida. Només hi anaren els dos primers, arribant el 27 de juliol a Viterbo on hi havia la Cúria Apostólica *Sede vacante*, perquè el papa Alexandre havia mort el 25 de maig.

El procés d'aquest concili el descobrí l'enyorat mossèn Sanç Capdevila en un registre no catalogat de l'Arxiu Metropolità de Tarragona³.

XIV. CONCILI DE TARRAGONA DE L'ANY 1266 (Tercer dels de Benet de Rocabertí)

L'absència de l'arquebisbe Rocabertí feia més de nou anys que durava. Després d'Alexandre IV, que morí deixant els problemes del nostre arquebisbe sense resoldre, havien seguit dos pontificats més.

En ple istiu, des de Perúgia, Benet de Rocabertí tornà a Catalunya; arribà a Girona el primer de setembre i s'hi estigué tres dies més, entrevistant-se amb el rei Jaume I.

El metropolità, en vista de la trista situació de la província Tarraconense en l'aspecte disciplinar i els atemptats que es cometien

3. SANÇ CAPDEVILA, *Un concili provincial de Tarragona desconegut*, en "Analecta sacra Tarraconensia", 2 (1926) pp. 455 i ss.

contra la llibertat de l'Església, volgué celebrar un concili provincial pel dia de sant Lluç, o sia el 18 del vinent mes d'octube. Les convocacions venen datades des de Girona el 3 de setembre, cridant-hi a tots els bisbes sufraganis i, per mitjà d'aquests, als abats i priors dels monestirs; també féu especial convocatòria pels templers i hospitalers.

Les convocacions venen recollides en l'aplec de proemis i subscripcions d'Antonio Agustín.

Ex Edit. Cons. Tarraconen.

Anno Domini MCLXLVI, kalendas septembris, dominus Benedictus, Dei gratia Tarraconensis archiepiscopus, de Romana Curia rediens, in civitate Gerundensi, ubi dominus Rex Aragonum erat personaliter constitutus, convocavit concilium provinciale, scribens omnibus suffraganeis suis propter hoc suas litteras sub hac forma:

Benedictus miseratione divina Tarraconensis archiepiscopus, venerabili et carissimo in Christo fratri A. per eandem Cesaraugustano episcopo, salutem et sinceram in Domino caritatem. Dei virtus et Dei sapientia dominus Iesus Christus, cuius ineffabili subiecta sunt omnia maiestati, a foundationis initio splendore virtutum suam illustravit Ecclesiam, et sic insignem reddidit singularis privilegio potestatis, ut per eius ministerium suum iustitia consequatur effectum; et sedato bellorum turbine, mundo possit tranquillitas provenire. Uius autem praeeminentiam dignitatis, dum nos, qui regimini Tarraconensis ecclesiae licet immeriti, divina patientia praesidemus, reversi de Romana Curia reverenter attendimur cordi solliciti, quod tempestatis horror, quo Tarraconensis ecclesia et provintia conturbantur, et libertas ecclesiastica laeditur, et religio christiana concutitur, per nostrae ac vestrae et aliorum praelatorum provisionis auxilium coelesti pietate propitia propulsetur. Hinc est, quod nos et [et] eadem ecclesia et provintia per fidelium salubre consilium et auxilium fructuosum status debiti possint habere decorem ecclesiarum praelatos, et capitula nostrae provintiae apud Tarraconem pro celebrando in ibidem concilio duximus advocandos. Rogamus itaque fraternitatem vestram et hortamur attente, praesentium vobis tenore praecipiendo mandantes, quatenus die sancti Lucae evangelistae proxima ventura, quam pro dicto celebrando concilio assignavimus, Tarraconae personaliter interesse, omni prorsus occasione postposita, procuretis. Ut nos, qui absentes diutius ab ecclesia et provincia nostra, vos desideramus videre plurimum, et ecclesia Tarraconensis mater vestra ex vestrae visitationis honore spiirituale gaudium, et ex vestra industria percipiamur consilium profuturum. Ceterum volumus et mandamus ut abbatibus et prioribus monasterium vestrae diocesis, quod eodem

termino Tarracone intersint pro dicto celebrando concilio, et capítulo vestro, et quod mittant procuratores suos providos et fideles qui vice ipsorum utile nobis consilium largiantur, auctoritate nostra et vestra praecipere studiat. Datum Gerundae tertio nonas septembris anno Domini MCCLXVI.

Sub eadem forma scripsit P. Gerundensi, R. Vicensi, A. Barcinonensi, G. Ilerdensi, B. Oscensi, V. Calagurritano, F. Tyrasonensi, P. Pampilonensi, A. Valentino, B. Dertusensi et A. Urgellensi episcopis.

Item fuit scriptum per litteras et sub alia forma fratri Guidoni de la Guespa castellano Empostae et fratri P. de Queralto tenenti locum magistri domus militiae Templi in Aragonia et Catalonia.

* * *

Probablement el concili començaria el dia prefixat, però la publicació de les seves constitucions va tenir lloc tres dies després, o sia el 21 d'octubre de 1266, segons resulta del proemi que figura en l'aplec d'Antonio Agustín i al còdex dels Agustinians copiat per Villanueva. No se'n conserven les subscripcions.

En primer lloc, abans d'establir les constitucions, s'acordà cercar una concòrdia per pacificar la guerra entre el comte Alvar d'Urgell i el vescomte Ramon Folc IV de Cardona. Aquesta lluita, que ha deixat poc rastre en la historiografia, degué tenir la seva importància, quan el concili hi volgué intervenir i designà uns pacificadors.

Després del concili aprovà nou constitucions, que recull la còpia treta per Villanueva del còdex dels Agustinians de Barcelona; d'aquestes mateixes constitucions el còdex de Tortosa, atribuint-les per error al segon concili del mateix arquebisbe de l'any 1261, en transcriu les I, II, V, VI, VII, VIII i IX. El ms. de París copia les I, II, refon la III i la IV, i després d'inserir la V, omet les quatre constitucions restants.

Aquestes nou constitucions tenien per objectiu el restabliment de la disciplina eclesiàstica, millorar la cultura del clergat i, sobretot, la defensa de les persones i bens eclesiàstics, refermant el que ja s'havia decretat sobre això en concilis precedents.

D'aquestes constitucions la compilació de l'any 1330, atribuint-les al segon concili de Benet de Rocabertí, en recollí les II, III, IV i V.

BIBLIOGRAFIA. — MARTÈNE, *Vet. Monum.*, VII, p. 171, publica les constitucions inserides al còdex Colbertí (B. N. de París); MANSI, XXIII, 1129 seguint Martène; TEJADA Y RAMIRO, III, p. 387 i expoliant Villanueva en VI, 53; VALLS TABERNER, cit., pp. 261-262.

Edit. C. Tarraconen. Prooemium

Anno Domini MCCLXVI, duodecimo ¹ kalendas novembris, cum nos Benedictus miseratione divina Tarraconensis archiepiscopus essemus in civitate Tarraconensi personaliter constituti, praesentibus venerabilibus fratribus A. Caesaraugustano, T. Valentino, A. Barcinonensi, P. Gerundensi, B. Dertusensi, G. Ilerdensi, F. Tyrasonensi ² et R. Vicensi episcopis; aliorum etiam suffraganeorum nostrorum et capitulorum ecclesiarum cathedralium, et aliorum praelatorum Tarraconensis provinciae procuratoribus, ac venerabilibus et discretis viris ³ fratre P. ⁴ de Queralto tenente locum magistri domus militie Templi in Aragonia et Catalonia, praesentibus ad honorem sanctae et individuae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, sacrosanctum concilium celebrantes super tuitione et conservatione ecclesiasticae ⁵ libertatis et corrigendis clericorum excessibus et moribus in melius reformandis, ac super salubri et tranquillo statu totius provinciae Tarraconensis ⁶, cum praedictis tractavimus diligenter et de assensu praedictorum, etc.

¹ XII. V | ² Tirasonae V | ³ viris] fratre Guidone de Laquesta castellano Em-
postae et add. V | ⁴ Petro V | ⁵ ecclesiasticae V, ecclesiasticis Ed | ⁶ Terrachonae V.

Ex codice Barchinonen. apud Agustinian. (P-V-241-I).

...assensu praedictorum] venerabiles fratres nostros dictos Caesaraugustanum et Vicensem episcopos et fratrem P. de Queralto, pro tractanda pace et concordia inter nobiles viros comitem Urgellensem et R. vicecomitem de Cardona et valitores eorum, dicto praesente concilio duximus destinandos, qui episcopi nobis vices suas totaliter commiserunt in hiis quae agenda et tractanda essent in concilio memorato.

Ex codice Dertusen (fol. 24 r^o).

I. — (A)ttendentes igitur quod constitutiones condere ac edere ¹ parum esset ² si non esset earundem diligens exsequator, sacro aprobante concilio mandamus firmiter et districte quod constitutiones, que per hone memorie dominum Iohannem Sabinensem episcopum olim in Yspanie partibus Apostolice Sedis legatum et predecessores nostros ac nos etiam in conciliis provincialibus edite sunt, ab universis et singulis nostre provincie inviolabiliter observentur, easdem constitutiones ex certa scientia confirmamus ³.

¹ conditae et editae V | ² essent V | ³ confirmantes V.

II. *Declaratio constitutionis edite contra invasores rerum ecclesiarum*

(V)erum cum in constitutione bone memorie domini Petri predecessoris nostri qui incipit *Olim excommunicasse recolimus* et cetera, caveatur quod loca adque preda clericorum et ecclesiarum vel personarum religiosorum seu hominum eorundem violenta¹ accepta pervenerit quamdiu ibi fuerint² cessent penitus a divinis, volentes invasorum et raptorum excogitatis maliciis et machinationibus³ quantum cum iustitia possumus⁴ obviare, declaramus ac constituimus quod loca in quibus huiusmodi preda vendita vel alio modo alienata, seu etiam⁵ consumpta fuerit, tamdiu cesset penitus a divinis quousque condigna satisfactio dampna passis facta fuerit pro eadem.

¹violenter V | ²fuerit V | ³maxinationibus V | ⁴possemus V | seu etiam] vel V.

Ex codice Barchinonen. apud Agustinian. (P-V-242-I).

III. *Cessetur a divinis praesentibus occissoribus clericorum*

Item cum clerici et personae ecclesiasticae maiori quam res eorundem debeant privilegio et immunitate sive libertate gaudere, sacro approbante concilio statuimus quod loca ad quae occisores et mutilatores clericorum pervenerint, cessent poenitus a divinis, quousque ad iudicium ecclesiae satisfecerint de commissis.

IV. *Cessetur a divinis in locis quibus clerici detinebantur capti*

Loca etiam in quibus clerici seu personae ecclesiasticae captae detinebuntur, quamdiu violenter, sive inviti detinebuntur, ibidem cessent poenitus a divinis.

Ex codice Dertusen. (fol. 25).

V. *Contra receptatores eorum qui occidunt vel mutilant vel capiunt clericos*

(I)tem quia facientes et consentientes pari debeant¹ pena dampnari, eodem concilio approbante, receptatores² eorum qui occidunt vel mutilant vel capiunt clericos vel personas ecclesiasticas excommunicationis³ sententia innodamus.

¹debent VR | ²receptores V | ³excommunicationis V.

VI. *Super duobus canonicis cuius libet katedralis ecclesiae in scolis mitendis*

(I)tem quia nonnullis propter inopiam legendi studium et oportunitas perficiendi¹ substrahitur, statuimus quod in singulis ecclesiis katedralibus nostre provincie due persona² ydonee docibiles de gremio ecclesiae ad arbitrium episcopi et capituli eligantur que in Theologia vel Iure Canonico studeant, qui³ cum docti⁴ fuerint in dicta⁵ ecclesia scientia fulgeant et doctrina, et alios ad iustitiam valeant erudire, quibus sufficienter edoctis ad arbitrium episcopi et capituli predictorum et⁶ alii duo successive ad studium destinentur, et sic perpetuo in qualibet katedrali ecclesia observetur. Quibus in predicto studio existentibus omnes proventus beneficiorum suorum et cotidianas distributiones integre sine diminutione aliqua dari mandamus ac si personaliter in ecclesiis residerent.

¹proficiendi V | ²personae V, persona D | ³quae V | ⁴doctae V | ⁵dicta Dei | ⁶et om. V.

VII. *Singuli episcopi dum in palaciis coemedunt I.^{ca} mensam faciant sibi legi. Idem facient alii prelati dum in refectorio comedunt*

(I)tem ne solum¹ fauces sumant cibum sed et aures audiant² verbum Dei et cessent vaniloquia et tumultus, statuimus quod singuli episcopi in palaciis suis dum comedunt ad mensam faciant sibi legi. Idem volumus et statuimus ab abbatibus, prioribus et prepositis in suis conventibus dum in refectoriis³ comedunt observari.

¹solae V | ²audiant] et percipiant add. V | ³refectorio V.

VIII. *Si episcopi et alii clerici contra predictas constitutiones pretextu ignorantie non excusantur*

(P)redicimus autem atque precipimus omnibus suffraganeis nostris episcopis ac aliis clericis Tarrachone provincie quod secundum canones et constitutiones predictas vivant, non pretendentes excusationes¹ de cetero quod non essent super ipsis moniti et² correcti; nam quocumque ad loca eorum nos declinare contigerit absque alia premonitione excessus quos invenerimus non deseremus aliquatenus incorrectos.

¹excusationem V | ²et] nec V.

(I)tem universis et singulis eiusdem¹ episcopis in virtute obedientie firmiter et districte precipimus quod predictas constitutiones in synodis suis annis singulis publicent et in singulis ecclesiis suarum diocesum per eorundem² rectores faciant publicari et eas inviolabiliter observari.

¹ eisdem V | ² earundem V.

XV. CONCILI DE TARRAGONA DE L'ANY 1274

(Primer dels de Bernat d'Olivella)

L'arquebisbe Benet de Rocabertí morí a Osca el 2 de maig de 1268. La seu metropolitana romangué vacant uns dos anys o poc més, fins que fou elegit i confirmat l'aleshores bisbe de Tortosa fra Bernat d'Olivella.

El seu primer concili provincial començà la tercera dominica després d'Epifania i publicà les constitucions el 24 de gener de 1274.

El seu text ens ha pervingut íntegre pel còdex de Tortosa (D) i per la còpia treta per Villanueva del còdex dels Agustiniàns de Barcelona (V)¹, comprensius del proemi i de nou constitucions. El proemi i sis constitucions d'aquest concili venen inserits en el ms. de París² i d'aquest fou difós en colleccions impreses³. Una de les constitucions també ve transcrita en la miscel·lània de Ripoll⁵ que, en l'aparat crític designem per *ms. R.* El proemi també figura en la selecció que feu Antonio Agustín (E).

Aquest concili no presenta cap problema en quan a datació. De les seves nou constitucions, la compilació del patriarca d'Alexandria de 1330 en recollí les IV, V i VIII.

1. *Papeles de Villanueva*, cit., lligall I, 246.

2. Cf. Proemi d'aquest treball, relació de *mss. n. 1*. El manuscrit Colbertí recull només les constitucions II, III, IV, VII, VIII i IX, que enumera, respectivament, del 1 al 6; hi afegeix com a constitució 7.^a el proemi i constitució del concili del mateix Bernat d'Olivella de l'any 1283.

3. El primer que ho publicà fou Martène, *Vet. Monum.* VI, p. 278, i d'aquest ho copià Mansi, XXIV, p. 490.

4. Ms. 588 de la Biblioteca Provincial Universitària (Barcelona); aquest fragment figura i. *fine* en lletra de començaments del segle XIV.

BIBLIOGRAFIA: TEJADA Y RAMIRO, VI, pp. 55-56, copiant de Villanueva i no computant bé la data. Hefele, VI, p. 151, erra la data com Tejada. VALLS TABERNER, cit., p. 262. Tingueu-hi en compte les obres esmentades a les notes.

Ex codice Dertusen. (fol. 26).

(C)um¹ nos Bernardus divina miseratione² Tarrachonensis archiepiscopus essemus in civitate Tarrachone³ personaliter constituti, presentibus venerabilibus fratribus Arnaldo⁴ Barchinonensi, Guillelmo⁵ Ilerdensi, Ferrario⁶ Tirasonensi⁷, Raimundo⁸ Vicensi, Arnaldo⁹ Dertusensi, Iacobo¹⁰ Oscensi episcopis et aliis suffraganeis nostris scilicet¹¹/V.¹² Caligurritanensi, Arnaldo¹³ Pampilonensi, Cesarauguste¹⁴, Arnaldo¹⁵ Valentino¹⁶, Petro¹⁷ Gerundensi et Petro¹⁸ Urgellensi absentibus et se per procuratores et literas excusantibus, et capitulorum ecclesiarum katedralium et aliorum prelatorum Tarrachonensis provincie procuratoribus, ac venerabilibus ac¹⁹ discretis fratre Arnaldo²⁰ de Castronovo magistro Militie Templi in partibus Aragonum²¹ et Catalonie, et fratre Berengario de Almenaria tenente locum magistri ultramarini sancti Iohannis Iherosolimitani in²² castellania Emposte, similiter presentibus, ad honorem Sancte²³ et Individue Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti, sacrosanctum concilium celebrantes, et²⁴ de assensu omnium predictorum, laudamus, concedimus, aprobamus et per omnia confirmamus omnes constitutiones factas per predecessores nostros ad utilitatem, libertatem et deffensionem ecclesiarum, clericorum, religiosorum, monasteriorum et rerum omnium predictorum²⁵.

¹Cum] Anno Domini mclxxiii, nono kalendas februarii *antep.* Ev | ²miseratione divina *transp.* V | ³Tarraconensi E | ⁴A. EV | ⁵G. EV | ⁶F. E | ⁷Tirasonae V | ⁸R. EV | ⁹A. E | ¹⁰I. E; Ia. V | ¹¹scilicet] s E | ¹³A. EV | ¹⁴Cesarauguste] P. Cesaraugustano EV | ¹⁵A. EV | ¹⁶Valentinensi V | ¹⁷P. EV | ¹⁸P. EV | ¹⁹ac] et EV | ²⁰A. EV | ²¹Aragoniae EV | ²²in] et E | ²³sancte *om.* E | ²⁴et *om.* E | ²⁵predictorum] sacroque approbante concilio statuimus, et infra. *add.* E.

I. De procurationibus recipiendis tam ab episcopis quam ab aliis prelatiis

(S)acro aprobante concilio statuimus quod omnes episcopi, archidiaconi et alii quicumque qui ius habent percipiendi procurationes¹ ratione visitationis, non recipiant procurationes aut procurationem² seu aliquid nomine procurationis nisi personaliter visitationis officium duxerunt impendendum, et tunc etiam non excedant numerum evectio-num in Lateranensi concilio statutum. Et si clerici volentes redimere pro-

curacione³ pecuniam, vel aliquid aliud dederint pro procuracione episcopo, archidiacono vel aliis quibus de iure vel de consuetudine concessum est visitare, ipso facto excommunicationis sententiae se noverit subiacere. Et si episcopus, archidiaconus vel alii prelati ferrent sententiam excommunicationis⁴ suspensionis vel interdicti contra clericos vel ecclesias suas pro eo quo ipsi clerici nollent dare ipsis non visitantibus pecuniam vel aliquid aliud pro procuracione sententia ipsa sit ipso iure irrita atque nulla.

¹ procuraciones] aut procuracionem *add.* V | ² ratione visitationes *usq. ad* aut procuracionem *om.* V | ³ procuracionem V | ⁴ excommunicationis V.

II. *Super modo horarum dicendam*

(I)tem statuimus et statuendo renovamus quod canonici ecclesiarum katedralium et aliarum ecclesiarum sive sint seculares sive regulares et omnes alii clerici provincie nostre conveniant ad horas divinas pariter¹ nocturnas et ad hoc per suum episcopum² diocesanum si necesse fuerit compellantur, prout cuilibet diocesano videbitur expedire.

¹ pariter] et *add.* V | ² episcopum *om.* V.

III. *De honestate vestium*

(I)tem statuimus quod omnes clerici provincie Tarrachone¹, sive sint in sacris sive in minoribus ordinibus constituti, non portent nec induant camisias tunicas vel alias vestes cordatas nec botonos aureos, argenteos vel alicuius metalli defferant in pectore nec in manicis, nec in aliqua parte vestis, nec portent sotulares consutitios nec rotatractos, nec aliquas portent seu induant² vestes virgatas nec aliis cum cabetio³ fisso in longum, et si quis contrafecerit penam decem solidorum usualis monete pro qualibet excessu incurrat, quam exigat quilibet diocesanus et in proprios usus convertat.

¹ Tarrachonensis V | induant seu portent *transp.* V | ³ cabiscio V.

IV. *Additio constitutionis edite contra raptores et invasores et percutientes*

(I)tem declarando constitutiones videlicet dominorum Petri et Benedicti bone memorie, quarum prima incipit *Olim excommunicasse recolimus* et secunda *Cum nos Benedictus* et cetera, statuimus quod quamdiu persone invasorum et raptorum rerum ecclesiarum¹ et persone etiam illorum qui in prelatos katedralium ecclesiarum et aliorum locorum religiosorum Tarrachonensis provincie manus ingererint² violentas

fuert in aliqua civitate, villa vel castro provincie supradicte, aut infra terminos locorum fuerint predictorum quod ipse civitates, castra seu³ ville et alia loca cessent ipsis inuasoribus, raptoribus seu percussoribus presentibus penitus a divinis. Et dicti malefactores, percussores seu raptores per rectorem seu capellanum loci ipsius excommunicati, nichilominus nuntientur et tanquam excommunicati ubique ab omnibus evitentur.

¹ ecclesiarum V | ² iniecerint VR | ³ seu] vel V | ⁴ seu raptores om. V.

V. *Super observatione constitutionum consiliorum*

(I)tem statuimus sacro aprobante concilio quod quilibet episcopus provincie Tarrachone¹ circa observationem presentis constitutionis et omnium constitutionum a nostris predecessibus editarum, sint sollicitis et attentis. Rectores autem ecclesiarum et vicarii sive eorum loca tenentes easdem constitutiones ad mandatum sui diocesani vel eius officialis inviolabiliter teneant et observent. Si qui vero de predictis rectoribus, vicariis, capellanis vel eorum locum tenentibus, recepto mandato sui dyocesani vel eius officialis presentes et aliorum predictorum² predecessorum nostrorum constitutiones neglexerint observare, ad sui episcopi vel eius officialis arbitrium puniantur. Et nichilominus teneantur restituere illi qui petit iustitiam omnes expensas quas eundo³ redeundo propter hoc ad dyocesanum per iuramentum premissa taxatione diocesani probaverint se fecisse. Et ad hoc per dyocesanum episcopum compellatur⁴. Diocesanus vero qui circa correctionem predictorum qui super predictis suum mandatum vel officialis sui neglexerint adimplere, vel circa observationem predictarum constitutionum negligens reperi fuerit vel remissus, iram et indignationem omnipotentis Dei et beate Tecele incurrat, puniendus nichilominus ad arbitrium provinciale concilii quod in ecclesia Tarrachone contigerit in posterum celebrari.

¹ Tarrachonensis V | ² predictorum om. V | ³ eundo om. V | ⁴ per iuramentum ad usq. episcopum compellatur] fecerunt V.

VI. *Super observatione generalis interdicti Templariis et Hospitalariis*

(P)redicti vero frater Arnaldus¹ de Castronovo magister Milicie Templi et frater Berengarius² de Almenaria tenens locum Magistri Ultramarini in castellania Emposte, assistentes et presentes in sacro³ concilio memorato, presentibus predictis domino archiepiscopo, episcopis et procuratoribus antedictis, promiserunt quod tempore generalis interdicti non pulsabunt campanas ad horas nec admittent excommunicatos vel interdictos et celebrabunt submissa voce ianuis clausis.

¹ Arnaldus] A. V | ² Br. V | ³ sacro] sancto add. V.

VII. *Contra diffidentes clericos*

(I)tem sacro¹ aprobante concilio addimus constitutioni olim edite per dominum Petrum² bone memorie predecesorem nostrum contra illos qui clericos diffidarent, quod si aliquis temeritate propria diffidaverit sive acuyndaverit seu acuyndari fecerit aliquas personas religiosas Tarrachonensis provincie iure fatica³ in dyocesano, in cuius diocese⁴ predictae⁵ persone religiose morentur, primitus non inventa ipsum ex tunc recepta per dictum dyocesanum ab ipsis personis deparendo iuri idonea cautione, si monitus diffidatione⁶ non relaxaverit, decernimus excomunionis sententie subiacere et per ipsum dyocesanum aut rectorem loci illius, ubi ipse diffidator fuerit excommunicatus⁷, ab omnibus evitetur.

¹ sacro] sancto *add.* V | ² P. V | ³ iure fatica] fatiga iuris V | ⁴ diocesi V | ⁵ supradicte V | ⁶ diffidationem V | ⁷ excommunicatus] denuntientur et tanquam excommunicatus *add.* V.

VIII. *Quod christiane non habitent cum iudeis nec eorum filios nutriant*

(S)tatuimus etiam sacro concilio aprobante quod nulla mulier aliquius loci provincie Tarachone¹ audeat habitare cum iudeis aut filios vel² filias eorum nutrire seu lactare. Et quecumque contra huiusmodi inhibitionem nostram postquam monita super hoc fuerit presumpsit facere supradicta, decernimus eam vel eas³ excomunionis sententie subiacere; ita videlicet quod cum illud dyocesano aut rectori loci illius, ubi mulieres super hoc culpabiles invente fuerint extiterit nuntiatum, per iamdictum dyocesanum aut rectorem ipse mulieres excommunicate nuntientur et tanquam excommunicatas faciant ab omnibus evitari. Et ne ipse mulieres de facili in excomunionis laqueum⁴ incidere valeant ipso facto, volumus et mandamus quos presens constitutio per diocesanum aut rectorem locorum in quibus iudei morantur semel annis singulis publicentur⁵.

¹ Terrachonensis V | ² vel] aut V | ³ eas] ex tunc *add.* V | ⁴ laqueum V, laqueunt D | ⁵ publicetur V.

IX. *De publicatione constitutionum*

(U)t autem predictae constitutiones ad notitiam perveniant singulorum, mandamus omnibus episcopis suffraganeis nostris quod in synodis suis predictas constitutiones¹ faciant publice nuntiari.

Ego Bernardus Dominici² notarius dicti³ domini archiepiscopi hoc scripsi mandato omnium predictorum, loco, die et anno prenotatis.

¹ constitutiones *om.* V.

² Dominicus E | ³ dicti *om.* E.

XVI. CONCILI DE TARRAGONA DE L'ANY 1277
(Segon dels de Bernat d'Olivella)

Fins ara només el coneixíem pel seu proemi que havia recollit Antonio Agustín i per dues constitucions recollides en les edicions dels textos conciliars Tarraconenses, tretes les dues de la compilació feta pel patriarca d'Alexandria de l'any 1330.

No ve recollit pel còdex Colbertí, avui ms. 4670-A de la Biblioteca Nacional de París, ni en les còpies tretes per Villanueva del còdex del Convent de Sant Agustí de Barcelona.

En canvi el còdex de la Catedral de Tortosa conté l'únic text complet, format pel proemi i cinc constitucions. Per tant només ha calgut fer collació del proemi. L'identificació del proemi i les constitucions del mateix concili, ens permet de veure com el de les edicions d'Agustín i successives (E) fa esment de la primera constitució d'aquest concili *Quia vero ex pluribus*.

El concili s'obrí probablement el diumenge de *Rogatives* 2 de maig de 1277 i les constitucions es publicaren el següent dia 3, o sia ja en el segon dia conciliar.

Les referències que hi ha a la compilació de 1330, en general es limiten a consignar *Bernardus in secundo concilio*; com podem veure per la referència que sota asterisc donem de les diverses còpies de la compilació, el còdex 54 de l'armari de la Província de l'arxiu metropolità de Tarragona, dóna la data perfecta i coincident amb la dels proemis del concili; en canvi el còdex 55 del mateix arxiu fixa el 27 d'abril d'aquell mateix any.

De les cinc constitucions d'aquest concili, només passaren la IV i la V a la compilació del 1330, deixant estar les demés.

BIBLIOGRAFIA: El fet de que no es trobi en el ms. Colberti fa que no el reculli Martène, ni l'hagi pogut treure d'aquest, com acostuma, Mansi. Tampoc hi ha notícia en Sáenz de Aguirre, ni Hefele; Tejada no el troba en el recull de Villanueva. VALLS TABERNER, cit., p., 263, coneix les constitucions que figuren en les edicions tarraconenses.

Ex codice Dertusen. (fol. 29 r^o).

Secundum concilium Bernardi archiepiscopi Tarrachone anno Domini M^o.CC.LXX^o.VII^o, v^a nonas maii.

Hic dominus Bernardus de consilio concilii laudavit et conformavit constitutiones predecessorum suorum.

(C)um¹ nos Bernardus divina miseratione archiepiscopus Tarrachone² essemus in civitate Tarrachone³ personaliter constituti presentibus capitulo nostro Tarrachone⁴ ac venerabilibus fratribus Arnaldo⁵ Barchinonensi, Petro⁶ Gerundensi, Guillelmo⁷ Ilerdensi, Raimundo⁸ Vicensi, Ferrario⁹ Tirasonensi, Iacobo¹⁰ Oscensi episcopis et Iasperto¹¹ de Botonago Valentino electo, ac¹² aliis episcopis suffraganeis nostris scilicet Arnaldo¹³ Pampilonensi, Petro¹⁴ Urgellensi, Petro¹⁵ CesarAuguste, Arnaldo¹⁶ Dertusensi et I.¹⁷ Caliguritano episcopis absentibus et se per procuratores et literas excusantibus, et capitulorum ecclesiarum katedralium et aliorum prelatorum Tarrachonensis provincie procuratoribus, ac venerabilibus et discretis fratre Raimundo¹⁸ de Ribellis¹⁹ castellano Emposte, fratre Dalmacio de Sororeambelli²⁰ et fratre Guillelmo²¹ de Abeyllars²² de Barberano preceptoribus procuratoribus fratris Simonis de Turre generalis domorum Militie Templi in Yspania visitatoris, similiter presentibus, ad honorem Sancte et²³ Individue Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti sacrosanctum concilium celebrantes, de assensu omnium predictorum laudamus, concedimus, aprobamus et per omnia confirmamus omnes constitutiones factas per predecessores nostros et per nos ad utilitatem et libertatem et deffensionem ecclesiarum, clericorum et religiosarum personarum, monasteriorum et hominum ac rerum omnium predictorum²⁴.

¹ Cum] Anno Domini MCLXXVII quinto, nonas maii *antep.* E | ² Tarrachonensis archiepiscopus *transp.* E | ³ Tarraconensi E | ⁴ Tarraconensi E | ⁵ A. E | ⁶ P. E | ⁷ G. E | ⁸ R. E | ⁹ F. E | ¹⁰ Ioanne E | ¹¹ Iacobo Petro E | ¹² ac *om.* E | ¹³ A. E | ¹⁴ P. E | ¹⁵ P. E | ¹⁶ A. E | ¹⁷ G] I E | ¹⁸ R. E | ¹⁹ Ripellis E | ²⁰ Sororeambelli] Serone venerabili E | ²¹ G. E | ²² Abellars E | ²³ et *om.* E | ²⁴ predictorum] Quia vero ex pluribus etc. et infra *add.* E.

I. *Monitio facta episcopos super visitationis sue diocesis*

(Q)uia vero ex pluribus et necessariis causis et negotiis prepediti circa visitatione provincie nostre ut obtavimus et tenemur hactenus intendere nequiverimus et nunc per Dei gratiam predictis cessantibus visitatis per nos ecclesiis civitatis et diocesis Tarrachone predicta proponamus provinciam visitare, moneamus et ortamur universis et singulos fratres episcopos suffraganeos notros ut singuli eorum suas dioceses visitent diligenter corrigentes que corrigenda fuerint, reformantes re-

formanda et statuentes que fuerint statuenda. Taliter huiusmodi se habentes quod cum nos annuente Domino dictam visitaverimus provinciam in ea que digna comendatione fuerint potius quam reprehensione possumus dante Domino invenire, alioquin cum ipsi non possint de cetero suam negligentiam palliare oporteret nos in huiusmodi nostri officii debitum exercere.

II. *Super duobus canonicis cuiuslibet ecclesie katedralis vel collegiate in scolis tenendis*

(P)reterea cum ecclesias provincie nostre et precipue katedrales illuminati per literatarum personarum radios affectemus, ut tam in spiritualibus quam in temporalibus eadem ecclesie salubrius gubernentur et utilius protegantur, aprobantes constitutiones de duobus canonicis cuiuslibet ecclesie katedralis provincie antedecte ad studium mitendis editam in provinciali concilio Tarrachone, eiusdem sacri aprobatione concilio Tarrachone, eiusdem sacri aprobatione concilii volumus dicimus et precipiendo mandamus quatenus dicta constitutio in omnibus inviolabiliter per dictam provinciam observetur, cuiuscumque episcopi statuto particulari in aliquo non obstante, eadem autem constitutioni addendum duximus quod, si quis episcopus et capitulum cuiuslibet ecclesie katedralis infra .vi. mensium spacium duos canonicos ad studium iuxta constitutionem eandem eligendos non duxerint omitendos, ex tunc ea vice eligendi et mitendi dictos duos canonicos de qualibet katedrali ecclesia nostre provincie devolvatur. Item in aliis conventualibus ecclesiis dicte provincie ubi ad minus sint decem vel .xii. tanquam collegium et quod habeant prelatum precipimus observari. Salvis constitutionibus seu consuetudinibus ecclesiarum in quibus habet electio seu missio ad episcopum tantum dinoscitur pertinere. Ita tamen quod si episcopus infra dictum tempus negligens fuerit electio predicta seu missio, ad nos ut predicatur devolvatur.

III. *Contra impetrantes literas a principibus precum cuod a patronis in ecclesiis eligantur*

(C)um etiam sicut pro certo didiscimus in quibusdam partibus provincie nostre quidam inoleverit abusus quod cum parrochiales ecclesias vaccare contingit in quibus parrochiani seu vicini earum de consuetudine ius obtinent patronatus clerici, qui ad easdem desiderant ecclesias presentari obtinent literas a principibus et baronibus ad ipsos parrochianos seu vicinos minas cum terroribus continentes quod pro predictos parrochianos ad easdem ecclesias ipsi clerici presenterentur. Verum quia sacris constitutionibus non est dubium contraire, statui-mus ut quicumque tales literas, ut predicatur, curaverint impetrare

eisdem utendo iure si quod postmodum per presentationem de ipsis factam acquisierint, careant ipso facto et etiam inpresentabiles sive ineligibiles fiant quantum ad ecclesiam super qua dictas obtinuerint, literas ea vice.

IV. *Contra illos canonicos qui concedunt aliis capellanis sibi per episcopos assignatos*

(I)ntelleximus etiam quibusdam partibus dicte provincie abusum prave consuetudinis subintrasse quod cum canonici ex collationibus suorum episcoporum capellanas canonicè sunt adepti, ipsi canonici easdem capellanas aliis pro voluntate sua conferunt et assignant, cum hoc impossibile sit de iure, statuimus ut predictarum capellaniarum constitutiones per dictos canonicos, qui eas a suis episcopis canonicè habuerunt, nullatenus de cetero attemptentur, quod si contrarium fuerit decernimus irritum et inane.

V. *Super observatione festivitatis beate Tecele virginis*

(C)eterum quia ecclesia Tarrachone que [caput] et mater existit totius provincie Tarrachonensis sub invocatione et titulo beatissime Tecele virginis et martiris sit constructa, propter quod ad invocationem venerationem eiusdem omnes et singuli de dicta provincia specialiter astringantur, constitutiones predecessorum nostrorum super hoc editas innovantes, volumus ac universis et singulis suffraganeis nostris in virtute sancte obedientie firmiter dicimus et mandamus quatenus observent constitutiones editas in sacro concilio Tarachone super observatione festivitatis beate virginis supradicte, videlicet, ut festum beate Tecele virginis et martiris, idest .IX^a. kalendas octobris intituletur, in suas civitates et dioceses [in abstinentia] cuiuslibet servilis operis faciant celebrari.

XVII. CONCILI DE TARRAGONA DE L'ANY 1279

Alguns autors situen aquest concili el 13 i altres el 7 de desembre de l'any 1279, celebrat a Tarragona, en el qual s'adreçà al papa Nicolau III la petició de que fos introduïda la causa de canonització de fra Ramon de Penyafort, mort quatre anys abans.

D'aquest concili no n'hem trobat cap acte ni constitució en

les colleccions canòniques provincials. Aquesta seria la primera de les peticions fetes en el mateix sentit en concilis de Tarragona, però que no tingueren èxit fins l'any 1601.

A aquest concili hi assistiren a més de l'arquebisbe Bernat d'Olivella, els bisbes Arnau de Barcelona, Bernat de Girona, Ramon de Vic, Guillem de Lleida, Pere d'Urgell, Arnau de Tortosa, Jaume d'Osca i Jaspert de València. Mansi que, a través de Bzovius ho treu de Zurita, afegeix que el papa Nicolau III s'hi negà per raó de les tivantors que tenia amb el rei Pere, ajudador de Joan de Pròcida i per haver-se negat el monarca a rendir el cens a la Santa Seu. Nicolau III morí el 22 del següent mes d'agost i, més que no pas amb aquest, els conflictes entre el papat i el rei d'Aragó tingueren gran turbulència amb el seu successor Martí IV.

A part de què no tenim rastres documentals del fet, sinó simples esments bibliogràfics, de més o menys credibilitat, es tracta d'un concili del que no se'n conserven actes legislatius i que, per tant, no compta en les colleccions canòniques. En el seu cas, fora el tercer concili dels de Bernat Olivella, però, com anirem veient, no es considera com a tal sinó el de 1283.

BIBLIOGRAFIA. — MANSI, XXIV, p. 319; TEJADA Y RAMIRO, III, p. 338; DIAGO, *Historia del beato barcelonés S. Raymundo de Peñafort*; VALLS TABERNER, en "Analecta", cit., p. 263 i *San Ramon de Peñafort* (Barcelona 1936), p. 166; MORERA cit., II, p. 300.

XVIII. CONCILI DE TARRAGONA DE L'ANY 1283 (Tercer dels de Bernat d'Olivella)

Aquest concili el recull en el seva integritat el còdex de Tortosa (D), àdhuc amb el seu proemi, que concorda amb el que figura entre els recollits per Antonio Agustín (E), amb la única diferència de que mentre aquest situa la data al començament, el ms. tortosí la col·loca al final. El mateix fa el còdex de París¹, que inserta el proemi refós amb la única constitució.

1. Ms. 1 de la relació del proemi d'aquest treball. Pel que fa a aquest concili hi és inserit com si fós la constitució VII del de l'any 1274 del mateix Bernat d'Olivella.

La data en el text d'Agustín és "Anno Domini MCCLXXXII, undecimo kalendas aprilis". En el manuscrit de Tortosa i en el de la Biblioteca Nacional de París "Datum apud Tarrachone xi^o kalendas aprilis anno Domini m^o. cc^o. lxxx^o. secundo", o sia reduint-les al còmput actual, daten tots tres de 22 de març de 1283.

Aquesta constitució única ve inserida en els manuscrits de la compilació de l'any 1330 en la seva més gran part, transcrivint àdhuc la datació final o cloenda; els demés acostumen a indicar *Bernadus in tertio concilio*.

BIBLIOGRAFIA: MARTÈNE, VII, p. 278; MANSI, XXIV, p. 390; HEFELE, VI, p. 285 sense reduir la data; TEJADA Y RAMIRO, VI, p. 57, confo-
nent-lo amb el concili de 1279.

Edit. C. Tarraconen. *Prooemium*.

Anno Domini MCCLXXXII, undecimo kalendas aprilis¹. Quoniam exempla praeterita cavere nos admonent in futurum, idcirco nos Bernardus divina permissione² Tarraconensis³ archiepiscopus, assistantibus nobis venerabilibus fratribus⁴ A.⁵ Barcinonensi, R.⁶ Vicensi, P.⁷ Urgellensi, Iacobo Oscensi, Iacobo Petro⁸ Valentino, Garcia Tyrasonensi⁹, B. Gerundensi¹⁰, Guillelmo Ilerdensi episcopis, ac procuratoribus aliorum episcoporum absentium, necnon et¹¹ capitulorum cathedralium ecclesiarum et¹² collegiatarum, et quamplurimis aliis¹³ praesentibus, Sacrosancto¹⁴ Tarraconensi¹⁵ approbante concilio statuimus, et infra¹⁶.

¹ Anno Domini mcccxxxii undecimo kalendas aprilis om. D | ² permissione] miseratione D | ³ Tarrachone D | ⁴ fratribus] nostris add. D | ⁵ Arnaldo D | ⁶ Raimundo D | ⁷ Petro D | ⁸ Iacobo Petro] Jacoperto D | ⁹ Tirasone D | ¹⁰ Bernardo Gerunde et D | ¹¹ et om. D | ¹² et] ac D | ¹³ aliis] prelati add. D | ¹⁴ Sacro D | ¹⁵ Tarraconensi om. D | ¹⁶ et infra om. D.

Ex Codice Dertusen. (fol. 37 v^o).

I. — Sacro concilio approbante statuimus ut quicumque instigante diabolo per se vel per alium interfecerit vel vulneraverit, vel ceperit, aut percuserit aliquem episcopum, omnibus feudis et rebus aliis et beneficiis universis que ab episcopis quibus cumque provincie Tarrachone tempore sceleris obtinebit, ipso facto perpetuo sit privatus, et pleno iure ecclesiis a quibus predicta tenuerit aplicentur, nec descendentes ad eadem malefactore usque ad quartam generationem ad gradum aliquem clericatus promoveantur; nec beneficium aliquod ecclesiasticum, feudale vel aliud quodlibet in Tarrachonense provincia assequantur et ne minus vindicte quam excessus memoria tanti facinoris prorrogetur;

addicientes quod si quis episcopus vel alius quicumque prelatus aliquem de predictis descendantibus ad aliquem ordinem promovere, vel aliquod ecclesiasticum beneficium seu quodlibet aliud ordine conferre presumpserit, et a collatione illius ordinis eiusdem beneficii sit irrita ipso iure, et ea vice per proximum superiorem de illo beneficio ordinetur.

§ — Si vero aliquem de prelatibus inferioribus ab episcopis seu aliis, vel canonicum ecclesie katedralis visu temerario quisquam interficere, mutilare vel capere presumpserit et filii sui incurrant penam expressam superius ipso facto, proviso quod illis feudis et possessionibus quibus cumque tantum modo sint privati que ab ecclesiis quarum personas sic leserint modo quolibet obtinebunt. Hoc salvo quod alias super hoc in canonibus continetur et prelatus qui tales malefactores vel filios eorum ad aliquem ordinem promovere vel cuiquam tale beneficium ecclesiasticum conferre presumpserit a collatione illius ordinis, quem scienter contulerit, per annum noverint se suspensum et collatio huiusmodi sit irrita ipso iure et ea vice de beneficio per superiorem proximum ordinetur. Quicumque autem de predictis malefactoribus vel filiis suis a quoquam episcopo sciente vel ignorante ordinem receperit, executionem non habeat ordinis suscepti, nec beneficii collatio valeat, ut est dictum. Salvis tamen omnibus aliis penis canonicis quibus per hanc constitutionem non intendimus in aliquo derogari. Hec autem statuta salubriter per diocesanos episcopos Tarrachone provincie singulis annis in suis synodis et diocesibus precipimus publicari, et nichilominus qui predictas penas incurrerint in synodis nuncientur.

Datum apud Tarrachone .xii. kalendas aprilis, anno Domini .m. cc. lxxx. secundo.

XIX. CONCILI DE TARRAGONA DE L'ANY 1292 (Primer dels de Roderic Téllez)

Bernat d'Olivella morí el 29 d'octubre de 1287. El va succeir el 1290 Roderic Téllez o Tello, segons sembla sevillà d'orígen, que aleshores era bisbe de Segòvia. No coneixem les incidències d'aquella elecció; però el fet de que es tracti d'un arquebisbe procedent d'una altra província eclesiàstica i el notable retard en el nomenament, fan creure que en bona part fós degut a les dissensions entre la Corona d'Aragó i la Santa Seu.

El primer concili de l'arquebisbe Roderic Téllez ve datat del 15 de març de 1292. El proemi figura en els còdexs de Tortosa (D)

i en el de París ¹, així com en la còpia de Villanueva del ms. dels Carmelitans de Barcelona (V) ², coincidint tots tres amb el proemi que figura en l'aplec que formà Antonio Agustín (E), per bé que en els mss. D i V, resten millor transcrits els noms dels bisbes i altres personatges assistents. En quan a les seves deu constitucions, venen íntegres en els mss. D i V, però en el de París només hi ha les 8 primeres, afegint-ne en canvi altres quatre que pertanyen a concilis posteriors del mateix arquebisbe ³. El proemi transcrit per Agustín, com té gairebé per costum, ens dóna l'*incipit* de la primera constitució de la sèrie del present concili de 1292 amb les paraules *Quoniam pium esse* etc., ço que ens referma la seva identificació.

La datació és perfecta, car l'expressió coincident de les quatre variants del proemi, "anno Domini mcccxcī, die sabbati qua fuit idus martii", és exacta, perquè el 15 de març del 1292 havia coincidit precisament en un dissabte.

La compilació, feta per Joan d'Aragó l'any 1330, recull les constitucions III, IV, V, VI, VIII i IX d'aquest concili. Cal tenir en compte que en els mss. d'aquesta compilació s'hi acostuma a alterar la data, fent-la d'un any més endavant, sens dupte perquè a la seva manera (són manuscrits posteriors a 1351 en la seva totalitat) ja havien fet la reducció al còmput vulgar de la Nativitat, conservant les paraules *anno Domini*; algun d'ells, com passa amb el ms. 148 de la Biblioteca episcopal de Vic, ho explica millor: "Rodericus in primo concilio Tarrachone celebrato idus martii anno a Nativitate Domini millesimo cc.xc.ii".

És interessant de ressaltar, com a fet excepcional, que, contràriament al que és normal, de que en les edicions de les constitucions tarraconenses només s'hi insereixen, apart de les del Sabinese, les que recull la compilació del 1330, en aquest cas la setena del present concili, *Nonnulli a via veritati*, figura en tals edicions oficials com a constitució 1.^a del títol VI (*De haereticis*) del llibre V, malgrat d'haver sigut exclosa de la compilació del patriarcat d'Alexandria.

1. Cf. Proemi, ms. n. 1 de la relació.

2. *Papeles de Villanueva*, cit., lligall I, fol. 179.

3. Són cinc constitucions del tercer concili del mateix Roderic Téllez, de l'any 1294.

BIBLIOGRAFIA: MARTÈNE, *Vet. Monum.*, VII, p. 289; MANSI, XXIV, p.1105; HEFELE, VI, p. 329; TEJADA Y RAMIRO, III, p. 409.

Edit. C. Tarraconen. Proemium

Anno Domini mcccxi, die sabbati que fuit idus martii, nos Rodericus permissione divina¹ sanctae Tarraconensis ecclesiae archiepiscopus, in civitate Tarraconensi² personaliter constituti³, de mandato speciali litteris nobis facto, et auctoritate sanctissimi patris et domini meritisque beati domini⁴ Nicolai divina providentia sacrosanctae Romanae Ecclesiae summi pontificis, assistentibus nobis venerabilibus fratribus R.⁵ Vicensi, P.⁶ Urgellensi, A.⁷ Detrusensi, fratre⁸ Benedicto⁹ Barcinonensi¹⁰, Hugone Caesaraugustano, fratre Adamario¹¹ Oscensi et Geraldo Ilerdensi episcopis; absentibus Michaelae Pampilonensi, Almoravio¹² Calagurritano¹³ et Calciatensi, P.¹⁴ Tyrasonensi, R.¹⁵ Valentino et Benedicto¹⁶ Gerundensi, se per procuratores et per litteras¹⁷ excusantibus; necnon et nobili ac religioso viro fratre Berengario de Cardona domorum militiae Templi in partibus Aragonum et Cataloniae magistro, et procuratore magistri sancti Ioannis Hierosolymitani, procuratoribus capitulorum ecclesiarum cathedralium ac collegiatarum, monasteriorum, aliorumque praelatorum Tarraconensis¹⁸ provinciae praesentialiter constitutis; praesentibus etiam discretis et religiosis viri abbatibus, praepositis, prioribus, archidiaconis et Decani, necnon et pluribus aliis ecclesiarum praelatis praefatae provinciae, tam exemptis quam non exemptis, ad hoc¹⁹ specialiter evocatis; ad honorem sanctae et individuae Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti, apud civitatem et ecclesiam Tarraconensem²⁰ sponsam nostram, cui, licet²¹ immeriti, divina clementia pastoralis officii debito praesidemus, sanctum²² provinciale concilium celebrantes, praefato sacro concilio approbante, praedecessorum nostrorum vestigiis inhaerentes, laudamus, concedimus, approbamus et irrefragabiliter per²³ omnia confirmamus constitutiones factas per praedecessores nostros ad utilitatem, libertatem, ac defensionem ecclesiarum, clericorum et religiosarum personarum, monasteriorum²⁴, hominum, rerum ac bonorum omnium praedictorum. *Et quoniam pium esse, etc*²⁵.

¹ permissione divina] divina miseratione, et i. m. alias permissione add. D | ² Terrachone V | ³ constitutus D | ⁴ domini om. D | ⁵ Raimundo D | ⁶ Petro D | ⁷ Arnaldo D | ⁸ fratre om. D | ⁹ Bernardo D, Bn. V | ¹⁰ Barchinone D | ¹¹ Ademario DV | ¹² Almaravio D | ¹³ Calagurritanensi D | ¹⁴ Petro D | ¹⁵ Raimundo D | ¹⁶ Bernardo D, Bn. V | ¹⁷ per litteras] literatorie DV | ¹⁸ Tarrachone D | ¹⁹ hec V | ²⁰ Tarrachone DV | ²¹ quilibet] cui licet DV | ²² sanctum] sacrum D | ²³ per om. D | ²⁴ monasteriorum] et add. V | ²⁵ Et quoniam pium esse etc. om. DV.

Ex codice Dertusen. (fol. 38).

I. De vita et honestate clericorum

(Q)uoniam pium esse dinoscitur et consentaneum rationi ut clerici, qui in sortem Domini eliguntur, decentius ac honestius inter alios in habitu ac in aliis agendis suis se debeant gerere et habere, qui quod¹ vite munditiam, conversationem laudabilem, formam et exemplum in moribus et vita ceteris dari debent, qualiter in domo Domini alios oporteat conversari, sacro aprobante concilio statuimus ac monendo districte precipiendo mandamus universis et singulis clericis, presertim sacerdotibus et prelati, beneficiatis aut in sacris ordinibus constitutis, ut honesta defferant² indumenta, nimia brevitate vel longitudine non notanda, coronam et tonsuram habeant congruentem. Si quis vero coman nutriat, sive barbam, seu tonsuram aut vestes non defferat congruentes et infra duos menses a tempore publicationis constitutionis istius se non emendaverit in hac parte in ingressum ecclesie auctoritate presentis contitutionis sibi noverit interdictum. Sane quia in nonnullis ipsius provincie katedralibus ecclesiis ac collegiatis usus inordinatus permisit hactenus ne dicamus abusus canonici et ministri unius Dei servitio deputati, unum intrans chorum ad unum et idem officium faciendum, adeo tamen ab unitate habitus discrepantes quod non representant huiusmodi debitam unitatem, propter quod non absque rubore ab illo patre familias cui serviunt audire forsitan potuerunt³: *Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem?* Ideo nos cupientes universos et singulos predictis⁴ ad conformitatem debitam coaptare, quod vere in ecclesia Dei unum ovile apparere debeat⁵ et etiam unus pastor, presertim cum huiusmodi dumtaxat conformitatis habitus divitiis esse nequeat onerosos, nec suo modo pauperibus nimium sumptuosum⁶ sacri aprobatione concilii, statuimus ut archiepiscopus, episcopi, canonici regulares, seculares katedralium⁷ ecclesie seu collegiate, intra ecclesiam suam vel extra ad divina officia capas non deferant nisi nigras, sericis dumtaxat exceptis, que ratione sollempnitatis vel officii iuxta consuetudine cuiuslibet⁸ ecclesie certis temporibus defferunt⁹. Qui vero contrafacere presumpserit, tamdiu ab ingressu ecclesie noviter se suspensum, donec presens statutum cum effectu duxerit observandum.

¹ quod om. V | ² defferant V, defferunt D | ³ poterunt V | ⁴ predictos et singulos transp. V | ⁵ debeat] valeat V | ⁶ sumptuosus V | ⁷ cathedralis V | ⁸ cuiuslibet V | ⁹ defferuntur V.

II. Contra diffidentes clericos

(E)xigit perversorum audacia ut non solum simus delictorum prohibitione contenti, sed penam etiam delinquentibus imponemus¹, sacri igitur aprobatione concilii adducens² presentis statuti suffragio con-

stitutionibus olim editis per predecessores nostros contra illos qui clericis diffidarent, statuimus ut si³ clericus aut religiosus cuiuscumque dignitatis, ordinis, conditionis seu status existen diffidaverit, acuydaverit⁴ seu acuydari⁵ fecerit, vel procuraverit prelatum vel⁶ clericum⁷ beneficiatum vel in sacris ordinibus constituti⁸, aut aliam personam religiosam seu canonicum ecclesie katedralis Tarrachone⁹ provincie temeritate propria que lege dampnatur, grave dampnum intulerit vel inferri procuraverit, nisi diffidamenta fecerit revocari, et dampna ex inde illata non curaverint¹⁰ emendare infra mensem a tempore diffidationis vel dampnum¹¹ alias dati, quem sibi pro monitione canonica duximus assignandum, quia iuxta qualitatem et quantitatem¹² culpe debet esse quantitas et qualitas pene, ut fructus condignos faciat penitentiae. Si quidem prelatum suum diffidaverit aut¹³ procuraverit diffidari¹⁴, aut¹⁵ dampnum grave¹⁶ dederit, aut dari procuraverit, ab officio ac beneficiis omnibus ubicumque ea obtinuerit¹⁷ per triennium completum sit eo iure¹⁸ suspensus, ac nichilominus ipso facto sententiam excommunicationis¹⁹ incurrat.

§ Si vero alium quem²⁰ prelatum diffidaverit vel diffidari procuraverit²¹ per annum similiter sit suspensus et excommunicatus²² remaneat, donech diffidamenta revocari ac dampna illicita²³ fecerit emendari.

§ Si vero interea sit suspensus aut excommunicatus perceptioni suorum beneficiorum se ingesserit per se vel per alium, quoquo colore quesito aut de suis²⁴ officiis se imiscuerit, sit inhabilis ad²⁵ alia beneficia obtinenda, nec super hoc per alium quam per summum²⁶ pontificem cum illo valeat dispensari, nec per aliquem possitis²⁷ huiusmodi sententiae revocari, donech diffidamenta revocaverit et revocari fecerit et de dampnis illatis et iniuriis satisfecerit cum effectu; aliter autem facta absolutio vel relaxatio nullius penitus sit momenti; medietas autem fructuum beneficiorum talium suspensorum et excommunicatorum durante contumacia et rebellionem²⁸ ipsorum, ordinariis aplicetur; alia vero medietas in Terre Sancte subsidium per eosdem ordinarios convertatur.

§ Si vero his qui prefatos excessus comiserit vel aliquem premisorum non sit beneficiatus, ipso facto sententiae excommunicationis²⁹ subiacet, donech de predictis commissis satisfecerit, ut de aliis est iamdictum; aliter autem sibi impensa absolutio sit irrita ipso iure, ac nichilominus absolute obtenta tanto tempore sit inhabili³⁰ ad ecclesiasticum beneficium obtinendum quanto in excommunicatione perduraverit animo indurato, nec super hoc per alium quam per Romanum pontificem eodem valeat dispensari.

¹ Imponamus V | ² adducens] addentes V | ³ si om. V | ⁴ acuyndaverint V | ⁵ acuyndari V | ⁶ vel om. V | ⁷ clericum] aut add. V | ⁸ constitutum V | ⁹ Tarrachonensis V | ¹⁰ curaverit V | ¹¹ dampni V | ¹² quantitatem et qualitatem *transp.* V | ¹³ aut] vel V | ¹⁴ diffidari procuraverit *transp.* V | ¹⁵ aut] vel V | ¹⁶ grave dampnum *transp.* V | ¹⁷ ubicumque ea obtinuerit om. V | ¹⁸ iure] ipso V | ¹⁹ excommunicationis V | ²⁰ quam V | ²¹ procuraverit] vel grave dampnum dederit, vel

dari procuraverit *add.* V | ²² excommunicatus] et deinde perpetuo suspensus et excommunicatus V | ²³ illicita] illata V | ²⁴ de suis] divinis V | ²⁵ ad] in V | ²⁶ summum] romanum V | ²⁷ possint V | ²⁸ rebellione V | ²⁹ excommunicationis V | ³⁰ absolutio] inhabili V, absolutio D.

III. *De periuriis*

(I)tem quamvis pia sit consideratione statutum quod non merentur ecclesias regere qui sunt periurii crimine irretiti, nec vivere de patrimonio Crucifixi qui ¹ sic irreverenter et enormiter contempserunt. Attendentes quod nonnulli antiqui hosti invidia procurante in contumelia Redemptoris et non modicum animarum suarum dispendium temerarie ² violant per eos prestita iuramenta; nos huic morbo dampnabili et pestifero quantum possumus competentibus remediis obviare volentes, hac edi(c)tali constitutione facimus ³ ut si quis clericus fame sue prodigus et proprii persecutor honoris iuramenti religionem spreverit, nulla cogente necessitate, sed libero arbitrio voluntatem, contra iusiurandum a se prestitum putaverit esse veniendum, et ⁴ hoc coram suo iudice sit confessus, vel legitima probatione convictus, vel alia de premissis constiterit evidenter, penam viginti morabatorum ipso facto se noverit incurrisse, eius ordinario absque remissione aliqua confiscandam. Dignum est enim ut quos Dei timor a malo non revocat temporalis saltem coherceat severitas discipline, quod si solvendo non fuerint sic alius ⁵ reatus talium castigetur ⁶ quod pena ipsorum ceteris auferatur audacia similia presumendi. Salvis tamen omnibus aliis penis canonicis contra tales editis quibus per constitutionem ⁷ non intendimus in aliquo derogari.

¹ que V | ² temere V | ³ facimus] sancimus V | ⁴ et de *add.* V | ⁵ alias V | ⁶ castigentur V | ⁷ constitutionem] presentem *add.* V.

IV. *Contra excommunicatos absolutionem non patentes*

(I)tem cum medicinalis sit excommunicatio, non mortalis, disciplinas ¹ non erradicandas ² dum hiis in quantum lata fuerit non contempnant ³, hoc consultissimo statuimus edicto quod si clericus in quocumque ordine canonicè fuerit excommunicationis vinculo innodatus et publice nuntiatus, negligens in absolutione petendum per .vi. menses continuo in excommunicatione ipsa contumaciter ex certa scientia perstiterit, quia nil ⁴ obedientia prodesse videtur humilis si contemptus ⁵ contumacibus non obsesset, si beneficium ecclesiasticum habuerit, penam viginti morabatorum incurrat; quod si beneficiatus non fuerit penam decem morabatorum prestare cogatur er<r>ario sui ordinarii aplicandam. Si vero, proprie salutis oblitus, per annum continuum in predicta excomunionis ⁶ sententia perduraverit pharaonico animo dampnabiliter obstinatus, quia crescente contumacia crescere debeat ⁷ et pena, statuimus ut

.XL^a. aureos, suo ordinario aplicandos, solvere teneantur⁸. Si vero ultra annum in excommunicatione persisterit tamdiu ab officio et omnibus beneficiis que obtinet sit eo ipso suspensus, donech se absolvi fecerit, et postea nichilominus tanto tempore quanto post annum, ut premititur, in excommunicatione permansit, nec per ordinarium autem possit absolvi nec pena⁹ nullius penitus sit momenti.

¹ disciplinans V | ² erradicans V | ³ contempnat V | ⁴ nichil V | ⁵ contemptus V, contemptis D | ⁶ excommunicationis V | ⁷ debet V | ⁸ teneatur V | ⁹ pena] predicta remitti, aliter autem absolutio ei impensa et remissio facta *add.* V.

V. *Contra illos qui ministrant ecclesiastica sacramenta alieno parochiano*

(I)tem cum ecclesiastica sacramenta sint ministranda per proprium sacerdotem, iuxta canonica instituta, sacri aprobatione concilii duximus providendum quod nullus clericus presumat quodcumque sacramentum ecclesiasticum alteri parochiano aliquatenus ministrare absque licentia proprii rectoris vel diocesani vel ¹ officialis eorundem².

§ Qui vero contrarium temeritate propria que lege dampnatur presumperit attemptare decem morabatinorum diocesano vel ordinario, cui subesse dinoscitur, solvere compellatur.

§ Volumus tamen quod sacramentum babtismi et penitentie morientium tempore necessitatis cogentis extreme possit conferri et dispensari a quolibet sacerdote, memorata pena in aliquo non obstante.

¹ Vel] seu V | ² eiusdem.

VI. *Contra Tholetanum archiepiscopum*

(I)tem sacro aprobante concilio statuimus quod si Tholetanus archiepiscopus, vel quicumque alius archiepiscopus, per Tarrachonensem provinciam transitum faciens crucem ante se portari fecerit, vel palleo usus fuerit, vel indulgentias dederit in nostra provincia, que sicut dicitur fuerunt per aliquos temerarie¹ atemptata, si dyocesanus in cuius diocesi talia comittuntur non se oppositus fuerit² et hec³ non inhibuerit quantum poterit bono modo, sit ab ingressu ecclesie eo ipso⁴ suspensus; et si aliquis literis indulgentie aliquorum archiepiscoporum in nostra provincia usus fuerit tanquam falsarius puniatur.

¹ temere V | ² oppositus fuerit] obposuerit V | ³ hoc | ⁴ eo ipso *om.* V.

VII. *De hereticis*

(N)onnulli a via veritatis aversi, per devium falsitatis euntes¹, ling(u)as suas laxare ad talia non verentur, ut dicere audeant quod non sit resurrectio mortuorum, nec vita alia sit futura, quod quidem est heresis pessima², immo pluries³ heresim⁴ fundamentum, statuimus itaque sanctientes quod quicumque talia dixerit ex proposito, capiatur, et si perstiterit in eisdem tanquam hereticus condemnatur⁵. Quod si iocose dixerit vel quantumcumque⁶ animi levitate, nichilominus secundum qualitatem culpe et persone conditionem penis legitimis puniatur per inquisitores hereticorum a Sede Apostolica deputatos; omnes insuper catolice fidey detractores penam subeant quam merentur, ut sciant loqui de fide catolica cum reverentia et honore⁷. Volumus etiam et mandamus quod dilecti fratres predicatorum, inquisitores hereticorum a Sede Apostolica deputati, qui laborant ad extirpandam hereticam pravitatem, a rectoribus ecclesiarum vel eorum vicariis benigne recipiantur, et in tam necessario et coram Deo accepto fidey negotio iuventur efficaciter per eosdem.

¹ euntes per devium falsitatis *transp.* V | ² pessima V, pessimi D | ³ plurium V | ⁴ haeresum V | ⁵ condemnatur V | ⁶ quacumque V | ⁷ honore] timore V.

VIII. *Contra apostolos*

(C)um quidam qui se dicunt apostolos et religiosos se fingant¹ sint suis exigentis² meritis per Sedem Apostolicam excommunicationis³ vinculo innodati, et postmodum per orbem vagabundi in multis malis fuerint deprehensi, sintque periculosi⁴ homines circa fidem, volumus et etiam ordinamus ut ubicumque inventi fuerint capiantur et de tota provincia expellantur.

¹ effingant V | ² exigentibus V | ³ excommunicationis V | ⁴ periculosi V, periculos D.

IX. *Contra questores*

[D]e questoribus autem ecclesiarum, hospitalium vel pontium duximus statuendum quod sine nostris vel episcoporum litteris non recipiantur et tunc ad predicationem non admitantur, sed ad expositionem ipsorum¹ que in episcoporum litteris continentur, et si predicare presumpserint capiantur.

¹ ipsorum] tantum *add.* V.

X. *Contra questores* (sic)

Ut autem predictae constitutiones ad notitiam perveniant singulorum, precipimus episcopis suffraganeis nostris quod in synodis suis predictas constitutiones faciant publice nuntiari.

XX. CONCILI DE LLEIDA DE L'ANY 1293
(Segon dels de Roderic Téllez)

No se'n conserva el proemi, ni tan sols en l'aplec que d'aquests havia pogut fer parcialment Antonio Agustín. Sabíem l'existència d'aquest segon concili de Roderic Téllez celebrat a Lleida el primer d'agost de 1293 per les *tabulae constitutionum* i l'*Index conciliorum* de les edicions oficials de les constitucions provincials Tarraconenses, referits a les constitucions II, III i IV que havien passat a la compilació del patriarca Joan d'Aragó de l'any 1330.

En els mss. de la compilació esmentada, aquestes constitucions hi venen sota la rúbrica *Rodericus in secundo concilio*; el còdex 54 de l'armari de la Província de l'Arxiu Metropolità de Tarragona, a continuació del *Rodericus in secundo concilio* hi afegeix, en lletra coetània del manuscrit, *anno m.cc.xc.iii^o*.

En els textos anteriors a la compilació de 1330, no havem pogut trobar dades d'aquest concili en el ms. de Tortosa, ni en el Colbertí de la Biblioteca Nacional de París. Només l'insereix una còpia treta per Villanueva del desaparegut còdex del convent de Sant Agustí de Barcelona (V), si bé li atribueix la data de primer d'agost de 1294. No hi ha cap dubte de què la data és errònia, i ja ho seria quan s'inserí en el còdex perdut, perquè com veurem després, fou celebrat també un tercer concili provincial del mateix arquebisbe l'onze d'agost de 1294, la data del qual apar clarament del proemi i de la tradició constant dels manuscrits i edicions tarraconenses.

BIBLIOGRAFIA: HEFELE, VI, p. 346; TEJADA Y RAMIRO, VI, p. 59; VALLS I TABERNE, cit., pp. 264-265.

Ex codice Barchinonen. apud Agustinian. (P. V. 8-D).

Duo antiqui provide patres et sacri canones in promotione seu electionibus prospexerunt, meritum videlicet personarum et promotionis modum licitum et honestum, ut hii tantum quibus morum honestas ac donum scientiae suffragantur absque simoniae suspitione alterius que pravitatis vicio ad ecclesiastica beneficia assumantur. Nonnulli vero de propriis meritis et sufficientia diffidentes, et ecclesiastica beneficia illicito ambientes promissionibus ac numeribus litteras preces illicitas vel compulsivas, ac minus principum et magnatum cum aliorum dominorum obtinent ad patronos seu praelatos vel alios ad quos libera facultas pertinet praesentandi, sed etiam beneficia conferendi, ut tales indignos et insufficientes omnino, velint nolint, habeant praesentare, aut eisdem beneficia conferre. Unde nos Rodericus provisione divina sanctae Tarraconensis ecclesiae archiepiscopus huiusmodi malitiis et excessibus cupientes prout dignitatis nostrae officio congruit obviare, sacro approbante concilio statuendo decernimus quod clerici cuiuscumque ordinis, conditionis aut status existant qui per principum et magnatum ac aliorum dominorum potentiam sese per patronos ad ecclesiastica beneficia procuraverint praesentare, seu eadem sibi conferri, vel ut praesententur, seu alias eisdem confirmentur per talem potentiam sive impressionem litteras, nuntium vel mandatum impetraverint, vel impetrare fecerint, seu tali praesentationi consenserint, vel ratam habuerint quomodo, sententiam excommunicationis et suspensionis officii et beneficii se incurrere noverit eo ipso.

II. *Ne clerici conveniatur coram iudice saeculari, et contra facientes incurrunt ipso facto sententiam excommunicationis etc.*

Habet tam de iure canonico vel civili libertatis ecclesiasticae privilegium ut clericis causa civili aut criminali volens etiam et consentiens nequaquam valeat coram saeculari iudice conveniri. Praesumunt tamen alicubi in Provincia Terrachonensi clerici ac layci clericos super violentiis et iniuriis et quod est absurdius super decimis ad saeculare iudicium trahere ac temere evocare. Iudices etiam saeculares falcem in alienam messem imponentes de causis huiusmodi inter clericos cognoscentes captis pignoribus et mulcta in dicta cogunt clericos sic conventos, et per ipsos finaliter condempnatos satisfacere fori prescriptione declinante iurisdictione aliquatenus non admissa. Unde cum praedicta in praeiudicium vergant non modicum ecclesiasticae libertatis, idcirco nos Rodericus, permissione divina sanctae Terrachonensis ecclesiae archiepiscopus, approbante sacro concilio statuimus et censemus ut clericus aut

laycus qui in criminalibus aut civilibus temporalibus aut spiritualibus clericum evocaverit coram iudice saeculari, eo ipso sententiam excommunicationis incurrat; ac nichilominus clericus actionem sic temere intentatam amittat. Sententias quoque praedictas tanquam a non competenti iudice latas decernimus viribus poenitus vacuatas, consuetudine aliqua quae corruptela debet verius nuncupari in contrarium non obstante.

III. *De decimis*

Licet in dubium verti non debeat quod sacris canonibus est statutum, quidam tamen captantes ignorantiam affectatam vertunt in dubium utrum de fructibus novalium quae sarraceni in montibus aut terris dominorum christianorum faciunt, deciman ipsi sarraceni ipsis ecclesiis solvere teneantur. Unde nos Rodericus permissione divina sanctae Tarrachonensis ecclesiae archiepiscopus dubitationis huius materiam amputantes, sacro approbante concilio declarando decernimus sarracenos quoscumque de praedictis novalibus, decimas et primitias debere ecclesiae integre solvere de fructibus aliarum possessionum quae fuerunt christianorum et ad culturam eorundem sarracenorum postmodum pervenerunt, praesertim cum de gregibus quae in montibus et terris huius pascebantur antequam ad culturam novalium redigerentur ab ipsis decimae et primitiae ecclesiis solverentur cum res eadem propter diversitatem fructum non debeat quoad praestationem decimae diverso iure censi.

IV. *Ne pro decima solvenda aliquid exigatur*

Scriptura sacra, patrumque decreta, sanxerunt a cunctis fidelibus Deo et huius ministris decimas integre ac libere persolvendas. Habet tamen quorundam abusus, quorum Deus venter est, ut cum decimas ad granarium ecclesiae deferunt sicut debent, comestiones seu prandia exhigunt ex hac causa, et quod semel vel una die possent ad granarium ecclesiae aportare per multas vices multosque dies decimas minuatum defferunt, ut singulis vicibus refficiantur a rectoribus, et abentur, quumque hoc in detrimentum et diminutionem iurium decimalium, non sit dubium, redundare. Ideo nos Rodericus divina providentia sanctae Tarrachonensis ecclesiae archiepiscopus, approbante sacro concilio hoc fieri prohibemus, consuetudine aliqua quae iuri divino est contraria non obstante. Si quis vero contra prohibitionem nostram huiusmodi pecuniam, comestiones et prandia ex hac causa exhegerit, seu propter hoc partem decimae substraxerit, retinuerit, vel retinere fecerit, et monitus per rectorem infra decem dies non satisfecerit, auctoritate praesentis constitutionis excommunicationis sententia procellatur.

Has constitutiones edidit dominus Rodericus Terrachonensis archiepiscopus in provinciali concilio quod Ilerdae prima die mensis augusti celebravit, anno Domini M.CC.XC.IV.

XXI. CONCILI DE LLEIDA DE L'ANY 1294
(Tercer dels de Roderic Téllez)

El tercer concili provincial tingut per l'arquebisbe Roderic Téllez, fou celebrat a Lleida el dia 11 d'agost de 1294, o quan menys en aquella data foren publicades les seves constitucions.

El proemi figura en l'aplec que en féu Antonio Agustín: La seva data és "Anno Domini MCCXCIV, die mercurii que fuit tertio idus augusti", és cronològicament exacta, car l'any 1294 el dia 11 d'agost s'havia escaigut en dimecres. Els mss. de compilació de 1330 que porten data indicativa en la rúbrica, en nombre de setze, coincideixen amb aquesta datació, "Rodericus in tertio concilio celebrato tertio idus M^o.CCC^o.XC^o.IIII^o".

El còdex de Tortosa (D), les còpies de Villanueva del ms. dels Agustinians de Barcelona (V) i una petita part d'una miscel·lània de Ripoll (R) contenen un conjunt de deu constitucions indatades, pertanyents a concilis de l'arquebisbe Téllez. Les cinc primeres figuren als manuscrits D i V; la segona i la tercera són també al còdex R; les cinc darreres només les conté el còdex D. Cal demés tenir en compte el còdex de París¹ on s'insereixen altres quatre constitucions d'aquest concili². Totes aquestes constitucions —excepte tres d'elles que com veure'm més endavant són del quart—, corresponen al present concili de Lleida de 1294.

La manca de mètode en la inserció d'aquestes constitucions, que transcriurem seguidament, ens obliga a fer exclusió de tres d'elles,

1. Cfr., en Proemi d'aquest treball, relació de mss. n.º 1.

2. Són les constitucions I, IV, V i X de les que inserim a continuació i que en el ms. de París, atribuint-les al concili del mateix Téllez de 1292, ocupen els llocs 10, 11, 12 i 13-14, respectivament. Tinguem en compte també que les constitucions IV (11) i X (13-14) són pròpiament del quart concili de l'arquebisbe Téllez de l'any 1306, com més endavant aclarirem.

per tal com no pertanyen al tercer, sinó al quart concili del mateix Roderic Téllez celebrat el 1306:

Si ens fixem en la constitució IV, pel contingut d'aquesta urgint l'aplicació de la constitució de la Santa Seu *Alma Mater*³, veurem totseguit que el papa Bonifaci VIII no va arribar al pontificat fins l'any 1295 i que caldrà situar-la al quart concili del mateix arquebisbe. Semblantment caldrà fer amb les constitucions VI (*Item cum nonnulli*) i la X (*Periculose negligentie*) que en la compilació del 1330 figuren sota la rúbrica de quart concili de l'arquebisbe Téllez amb curiosa unanimitat.

BIBLIOGRAFIA: AGUSTÍN, *Opera Omnia*, III, p. 383; TEJADA Y RAMIRO, espoliant a Villanueva sense citar-lo, III, pp. 419-421; VI, pp. 59 i 60, confonent els dos concilis de Lleida com si fossin un de sol; MARTÈNE, VII, p. 289; MANSI, XXIV, p. 1105; VALLS TABERNER, cit., p. 265; HEFELE, VI, p. 341.

3. Aquesta constitució *Alma Mater* de Bonifaci VIII la recull el Sisè de les Decretals, llib. V, tít. XI, c. 24.

Edit. Const. Tarraconen.

Prooemium constitutionum eiusdem Roderici in tertio concilio

Anno Domini mcccxciv, die mercurii quae fuit tertio idus augusti, nos Rodericus permissione divina sanctae Tarraconensis ecclesiae archiepiscopus, in civitate Ilerdensi personaliter constituti, assistentibus nobis venerabilibus fratribus Raimundo Vicensi, A. Dertusensi, fratre Benedicto Barcinonensi, P. Tyrasonensi, Hugone Caesaraugustano, fratre Adamario Oscensi, Geraldo Ilerdensi et Benedicto Gerundensi episcopis; necnon et Galcerando de Vegis archidiacono ecclesiae Urgellensis ac gerenti vices capituli eiusdem ecclesiae sede vacante et magistro Berengario archidiacono ecclesiae Valentinae gerentique vices venerabilis fratris nostri R. episcopi eiusdem ecclesiae Valentinae, absentibus M. Pampilonensi, Almoravio Calagurritano et Calciatensi, se per procuratores et litteratorie excusantibus, procuratoribus capitulorum ecclesiarum cathedralium ac collegiatarum, monasteriorum et aliorum praelatorum Tarraconensis provinciae praesentialiter constitutis; praesentibus etiam discretis ac religiosis viris abbatibus, praepositis, prioribus, archidiaconis et decanis; necnon et pluribus aliis ecclesiarum praelatis praefatae provinciae, ad honorem sancte et individuae Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti, apud civitatem Ilerdensem praedictum sanctum provinciale concilium celebrantes, praefato sacro concilio approbante constitutiones edidimus, quarum series sic se habet, etc.

Ex codice Dertusen. (fol. 42 r^o).

*Constitutiones domini Roderici archiepiscopi Tarachonensis edita
in concilio Tarrachonensi*

(Q)uorundam oculos sic excecatur ambitio ut temporalibus comodis inherentes¹ plus temporali magestati quam eterne placere studentes, libertatem et immunitatem² ecclesiasticam, quam ipsi tenentur deffendere, ledere ac minuere moliuntur, inflammando principes et potestates seculares et universitates locorum, sive rectores eorum, eisque impendendo consilium et patrociniū, necnon ecclesiarum a quibus beneficia recipiunt exhibendo, et tradendo instrumenta et alia documenta, contra ipsas ecclesias et personas ecclesiasticas ipsorumque³ homines et bona, privilegia et etiam libertates. Et idcirco cupientes ut ecclesie⁴ plenitudine iuris sui et libertatis⁵ insolentium nepharia temeritas⁶ propulsetur, sacro approbante concilio⁷ statuimus quod quicumque⁸ ecclesiastice persone religiose vel seculares quorumcumque ordinum, conditionis seu status⁹ existant, palam vel occulte, principem vel potestates seculares¹⁰, vel universitates locorum aut rectores eorum inflamaverit¹¹ vel eis concilium vel patrociniū scienter dederint, vel ecclesiarum in quibus beneficia obtinent¹² absque¹³ sui prelati et¹⁴ capituli vel conventus exhibuerint seu¹⁵ tradiderint instrumenta vel alia documenta contra ipsas ecclesias, monasteria vel loca religiosa aut iura vel bona vel privilegia immunitates eorum vel libertates, in excomunionis¹⁶ sententiam incidat ipso facto. Et nichilominus beneficium que habuerint in ecclesiis vel locis, que sic scienter aut fraudulenter leserint, perpetuo sint privati. Et ut predictorum malitiis¹⁷ et ecclesie debitis servitiis non fraudentur, ac vagandi et dissolutionis materia substrahatur, statuimus ne aliqua predictarum personarum ecclesiasticarum que in sacris ordinibus sit vel fuerit constituta vel beneficium ecclesiasticum obtinet¹⁸, vel religiosa, presumat sequi continue vel quasi continue aliquam curiam secularem, sic quod sit de familia sua vel victum sive¹⁹ stipendium recipiat ab eadem, nisi sui prelati vel superioris cum consilio et assensu sui capituli seu conventus vel maioris partis eiusdem, licentia prius habita et obtenta. Si qui vero²⁰ horum temerarius violator extiterit, excomunionis²¹ incurrat sententiam ipso facto. Episcopos vero, propter prerogativam pontifficalis officii, ligari nolumus hac sententia superius ultimo lata, sed nichilominus a nobis archiepiscopo vel successoribus nostris super hiis petere licentiam teneantur.

¹inhiantes V | ²emunitatem V | ³que om. V | ⁴ecclesie] in add. V | ⁵libertatis] integritate laetentur ac detestabilis malignorum audatia add. V | ⁶temeritas] comitas V | ⁷sacri approbatione concilii V | ⁸quicumque] prelati add. V | ⁹statutum V | ¹⁰saeculares potestates transp. V | ¹¹inflamaverint V | ¹²obtinerint V | ¹³absque] licentia add. V | ¹⁴et om. V | ¹⁵seu] vel V | ¹⁶excomunicationis V | ¹⁷malitiis] obvietur add. V | ¹⁸obtinens V | ¹⁹sive] seu V | ²⁰vero V, verum D | ²¹excomunicationis V.

II. (S)ollicitat cura suscepti regiminis ut utilitatibus subiectorum nunc novarum constitutionum editione¹ providere curemus, sane cum constitutiones sacrorum conciliorum Tarrachone² edite contra raptos et invasores personarum et rerum ecclesiasticarum³, religiosorum et hominum earundem, ex quibus impiorum audacia cohercetur, ac⁴ bona ecclesiastica conservantur propter quorundam abusum et negligentiam debitum non sortiuntur⁵ effectum. Cum nonnulli trepidantes, ubi trepidandum non est, cum requiratur⁶ per locorum ordinarios in quorum diocesi⁷ rapina vel violentia est commissa, ut predictas constitutiones debeant observare, subtiliter causa diffugii nituntur indagare et inquirere, an prefate constitutiones vendicent sibi locum in hiis partes iudicis, cum potius ut meri exequutores deberent⁸ procedere⁹ assumentes, et¹⁰ idcirco quia parum esset¹¹ iura condere¹² nisi esset qui ea tueretur, predictas constitutiones aprobantes et confirmantes, sacro aprobante concilio statuimus quod quandocumque aliquis episcopus vel eius officialis aut vices eius gerens per nos vel officialem nostrum, vel¹³ alium episcopum seu¹⁴ eius¹⁵ vices¹⁶ gerentem¹⁷ nostre provincie qui per literas suas significaverit se servare constitutiones¹⁸ fuerit requisitus ut denuntiet¹⁹ eum excommunicatum iuxta²⁰ constitutiones²¹ sine alia cause cognitione et inquisitione statim vel infra triduum die qua talis requisitio facta fuerat²² minime computata si in sua diocesi requisitus presens fuerit, vel in loco quod infra predictum²³ tempus hoc valeat adimpleri, alias quam cito comode fieri poterit²⁴ considerata locorum distantia, observet et mandet observari omni appellatione et exceptione cessante. Quod si premissa contempserint²⁵ ut predictur, adimplere, tamdiu in excessum²⁶ ecclesie sibi noverit interdictum, donec ipsas constitutiones observet et mandet observari; ex quo autem dictas constitutiones fecerit vel mandaverit observari, ex tunc ipso facto interdictum predictum absque relaxatione alia penitus sit sublatum. Hoc etiam proviso quod propter iuris ordinem non servatum, processus per ordinarium vel eius officialem factus²⁷ habitus seu facta denuntiatione²⁸ nullatenus revocetur cum multis cassantibus²⁹ opus sit exemplo iuxta canonicas et legitimas sanctiones.

§ Item quia non est ferendus qui lucrum amplectitur onus autem subire recusat, sacro aprobante concilio statuimus omnes personas cuiuscumque statu vel conditionis existant que ex prefatis constitutionibus comodum recipiunt, subiacere et esse subiectas prout³⁰ in ipis constitutionibus continetur; et contra tales personas iuxta tenorem ipsarum constitutionum est rigide³¹ procedendum. Salvis constitutionibus sacrorum conciliorum Tarrachone in favorem episcoporum factis, quibus cautum est quod episcopi³² huiusmodi constitutionibus contra raptos et invasores rerum ecclesiasticarum editis³³ non ligentur.

¹ editione] nunc antiquarum innovatione *add.* RV | ² Terrachonensium V | ³ ecclesiasticarum] et *add.* R | ⁴ ac] et R | ⁵ sortiuntur V | ⁶ requiruntur RV | ⁷ dioecesibus RV | ⁸ debent R | ⁹ procedere debant *transp.* RV | ¹⁰ et *om.* R |

¹¹ est RV | ¹² condere iura *transp.* R | ¹³ vel] per *add.* R | ¹⁴ seu] vel RV | ¹⁵ eius] officialem seu *add.* RV | ¹⁶ vices] eius *add.* RV | ¹⁷ gerens R | ¹⁸ constitutiones] praedictas contra illum contra quem petitur ipsas constitutiones observari *add.* RV | ¹⁹ denuntiet V | ²⁰ iuxta] memoratas *add.* RV | ²¹ constitutiones] eas servet et faciat observari et talem mandet denuntiari ipsas constitutiones *add.* V | ²² fuerit RV | ²³ dictum RV | ²⁴ poterit] comode *add.* R | ²⁵ contempserit RV | ²⁶ in excessum] ingressum RV | ²⁷ factus *om.* RV | ²⁸ denuntiatio RV | ²⁹ crassantibus municationis *transp.* RV | ³⁰ delicto] se *add.* V | ³¹ satisfecerint RV | ³² que RV | ³³ rigide RV, regide D | ³⁴ episcopi] ipsi V | ³⁵ editas R.

III. (O)fficii nostri debitum circa dispensia que per nonnullos ecclesiis et personis ecclesiasticis et eorum hominibus et rebus indebite inferuntur, deliberatione provida erigentes, salubris¹ remedii² appositione, talium temeritatem temeritatem duximus precidendam³. Et idcirco sacri approbatione concilii confirmantes omnes constitutiones per predecessores nostros editas, et⁴ specialiter contra raptores et invasores personarum et rerum ecclesiarum⁵ addendo eisdem, statuimus quod quicumque de cetero in canonicum ecclesie katedralis vel prelatum⁶ ecclesie collegiate, vel clericum qui vocem habeat in comunibus contractibus⁷ capituli ecclesie katedralis vel in comendatorem ordinis Militie Templi vel Hospitalis Sancti Iohannis Iherosolimitani manus iniecerit temere violentas⁸ terram vel loca prelatorum ecclesiarum vel templariorum vel⁹ hospitaliorum vel aliorum locorum religiosorum, cum exercitu invaserit, arbores cedendo¹⁰ vel talando, aut ignis¹¹ immitendo, aut grave dampnum alium¹² irrogando, preter excommunicationis sententiam¹³ quam ex tali delicto¹⁴ noverit incurrise, et ultra alias penas contra tales statutas, ubicumque ipse fuerit cesserit penitus a divinis. Et quicumque cum exercitu terram prelatorum vel ecclesiarum, vel locorum religiosorum invaserint, ut est dictum, et moniti infra mensem non satisfecerit¹⁵ omnibus feudis que ab ecclesiis vel personis aut locis religiosis tenebunt, quod¹⁶ sic leserint, perpetuo sint privati. Salvis omnibus aliis penis contra tales statutas¹⁷ quibus per hanc constitutionem non intendimus in aliquo derogari.

¹ salubribus R | ² remediis R | ³ prescindendam V | ⁴ et *om.* R | ⁵ ecclesiasticarum R | ⁶ prelatum] vel *add.* R | ⁷ tractatibus RV | ⁸ violentas] vel *add.* RV | ⁹ vel aut RV | ¹⁰ alias cindendo R | ¹¹ ignem RV | ¹² alias V | ¹³ sententiam excommunicationis *transp.* RV | ¹⁴ delicto] se *add.* V | ¹⁵ satisfecerint RV | ¹⁶ que RV | ¹⁷ statutis RV.

IV. (I)tem cum in quibusdam constitutionibus sacrorum conciliorum Tarrachone¹ sit cautum quod in certis casibus debent² cessare³ penitus a divinis, sacri approbatione concilii declaramus predictam constitutionem⁴ debere fieri prout tempore generalis interdicti per constitutionem sanctissimi patris domini Bonifacii pape octavi, que incipit *Alma mater* et per alias contitutiones canonicas est statutum.

¹ Terrachonensium V | ² debeat V | ³ cessari V | ⁴ constitutionem cessationem V.

V. (N)onnullos Tarrachone¹ provincie diocesibus et ecclesiis² avida gulositas quorundam laycorum animos³ excecavit quod certis anni temporibus parrochiani dictarum ecclesiarum⁴ abbatibus, vicariis seu rectoribus earundem certa prandia, abadagia, comestiones, pastus, potationes seu beuragia exigere quasi ex debito non formidant⁵ et ipsos rectores vicarios seu abbates ad ea ipsis iuxta abusum huiusmodi exhibenda per subtractionem et retractionem⁶ decimarum et aliorum iurium ecclesiasticorum inverecunde compellere non verentur. Aliqui etiam ex laycis supradictis una die cuiuslibet septimane, quasi ex debito, volunt comedere cum rectore, vicario seu abbate et, ultra comestionem, habere et exigere aliquam pecuniam ab eisdem, ita per⁷ totum circulum anni⁸ continue facientes, quousque omnes parrochiani cum eis comederint, ei certum quid habuerint ab eisdem postea que inchoant et repetunt illud idem. (S)untque alii layci ex predictis qui sollempnibus diebus Natalis Domini, Pasce, et Pentecoste, immediate post comunione et receptione Corporis Ihesu Christi, quod cum humilitate et devotione recipere tenentur, et aliquibus aliis anni temporibus quasi ex debito exigunt improbe ab ecclesiis abbatibus, vicariis seu rectoribus vinum certum ex abusu huiusmodi, vel etiam iuxta votum, ad eo quod interdum decem vel .xv. onera in potationibus huiusmodi expendunt⁹ propter que¹⁰ ingurgitationem¹¹ ebrietates et comensationes indebite committuntur et multotiens mortes et vulnera sunt hactenus subsequata. (Q)uamplurimi insuper ex laycis¹² tempore quo decimarum ac primitiarum¹³ granaria dividuntur, non permitunt per illos ad quos dicte decime et primitie bladi pertinent portari libere dictum bladum suis propriis animalibus, vel etiam alienis, ut pro¹⁴ aportaturis prefati bladi in duplo vel in¹⁵ triplo quam alii portarent, necessario eis detur. Nonnulli etiam qui iuxta laycorum¹⁶ consuetudinem ad orrea ecclesiarum bladum decimarum et primitiarum¹⁶ deferunt et die qua portant cibantur ab ecclesiis vicariis seu rectoribus earundem¹⁷ per multas vices et multas¹⁸ dies excogitata malitia deferunt minuatim quas portare poterint una die, ut singulis diebus et vicibus refficiantur ab ipsis ecclesiis et eorum¹⁹ rectoribus²⁰, hac celebri²¹ constitutione nostra que hoc prohibet non obstante. Alii vero layci cum subsidia ex certis causis portionariis, vicariis seu clericis ipsorum laycorum consanguineis, affinis seu amici per locorum ordinarios vel²² nuntios seu legatos Sedis Apostolice imponuntur²³, cum ipsis portionariis seu clericis benefficiatis in ecclesiis prelibatis per ipsos rectores seu abbates vel eorum loca gerentes²⁴ ex eo quia²⁵ servitium ecclesie non faciunt, ut tenentur, vel alia cum causa licita et honesta, interdum ad tempus suorum benefficiorum fructus forsitan substrahuntur ad inquisitionem suasionem seu nutum²⁶ huiusmodi clericorum occulte retinent sibi decimas et alia iura ecclesiastica et dant portionariis seu clericis memoratis, propter quod negligentia dictorum portionariorum clericorum et aliorum circa divinum officium remanet impunita, et de alieno solvant²⁷ quod de suo proprio

solvere tenebantur et dicti layci²⁸ nichilominus participes sunt in furto allegantes omne predicti et singuli ad excusandas excusationes in peccatis quod conuetudine observant atque usus.

Nos igitur volentes ex debito nostri officii ecclesiarum indempnitatibus providere, et²⁹ maliciis, usurpationibus et morbis huiusmodi obviare, sacro aprobante concilio predictas consuetudine, observantias³⁰ atque usus, corruptelas et abusus penitus reputantes, ac etiam iudicantes, predicta omnia et singula deinceps omnimode³¹ providemus cum non sit dubium ea esse contra bonos mores et contra³² canonicas sanctiones et in gravamen iurium ecclesiarum et ecclesiastice libertatis; et nichilominus quia parum proficit iura condere nisi pena transgressoribus imponatur, in omnes et singulos laycos qui predicta prandia, comestiones seu pastus, potationes seu beuragia, et alia predicta seu aliqua de eisdem exigerint³³ cum effectu, et qui occasionibus memoratis vel aliqua earundem de decimis, primitiis vel aliis iuribus ecclesiasticis aliquid sibi scienter retinuerint³⁴ vel per alios procuraverint seu mandaverint aut consenserint³⁵ retineri excomunionis sententiam promulgamus. In locis vero in quibus universitates³⁶ in hiis culpabiles extiterint cessetur penitus a divinis, sub pena excomunionis abbatibus, rectoribus et vicariis et aliis ecclesiasticis personis, interdcentes et prohibentes expresse quod dictis layci vel eorum alicui comestiones et pastus, potationes et³⁷ beuragia vel aliquid aliud ex causis predictis³⁸ seu³⁹ occasionibus⁴⁰ non dent nec dari faciant vel permittant si alias penas canonicas voluerint evitare.

¹ Nonnullos Tarrachone] In nonnullis Tarrachonensis V | ² ecclesiis] sic *add.* V | ³ animas V | ⁴ ecclesiarum] ab *add.* V | ⁵ formident V | ⁶ retractionem] retentionem V | ⁷ per] quod V | ⁸ anni circulum *transp.* V | ⁹ huiusmodi expendunt] expendatur V | ¹⁰ que *om.* V | ¹¹ ingurgitationes V | ¹² laycis] antedictis *add.* V | ¹³ primitiorum V | ¹⁴ pro *om.* V | ¹⁵ in *om.* V | ¹⁶ laycorum] locorum V | ¹⁷ et die qua portant *usque ad* earundem *om.* V | ¹⁸ et multos] multosque V | ¹⁹ eorum] ipsarum V | ²⁰ rectoribus] cibentur *add.* V | ²¹ hac celebri *om.* V | ²² vell] seu V | ²³ imponuntur] vel *add.* V | ²⁴ gerentes] tenentibus V | ²⁵ quod V | ²⁶ seu nutum *om.* V | ²⁷ solvunt V | ²⁸ dictis laycis V | ²⁹ et] ac V | ³⁰ observantias *om.* V | ³¹ omnino *et fieri add.* V | ³² contra *om.* V | ³³ exegerint V | ³⁴ retinuerint] continuerint V | ³⁵ concesserint V | ³⁶ universitas V | ³⁷ et] ac V | ³⁸ predictis *om.* V | ³⁹ seul] vel V | ⁴⁰ occasionibus] supradictis *add.* V.

VI. (I)tem cum nonnulli abbates et prelati provincie Tarrachone usurpando iurisdictionem episcoporum provincie Tarrachone, clericos ordinandos presentent per suas literas aloquid episcopis ipsorum, episcoporum ad quos pertinet dictorum clericorum ordinatio licentiam minime requisita, cognoscant etiam et cognosci faciant de causis matrimonialibus in civitatibus et diocesibus predictorum episcoporum et alias usurpent ipsorum episcoporum iurisdictionem aliaque faciant que ad ordinem pontificalem pertinere noscuntur, mandamus universis episcopis

suffraganeis nostris quod ad presentationem dictorum abbatium vel inferiorum prelatorum nullum clericum ordinent donec fidem fecerit quod ex privilegio Sedis Apostolice hoc sibi specialiter sit indultum et quod sententias excommunicationis per ipsos episcopos vel eorum officiales latas et ferendas contra impediētes vel usurpantes iurisdictionem ipsorum episcoporum observent et faciant inviolabiliter observari.

VII. (S)i clericus indebite captus per iudicem secularem transferatur tempore interdicti ad alium locum in fraudem constitutionis Tarrachone, nichilominus observabitur constitutio Tarrachone. Et idem servetur de aliis quorum occasione servatur constitutio si recesserint animo redeundi eadem die ad locum ubi constitutio servabatur.

VIII. (I)tem quod quilibet episcoporum per omnes modos et penas quas poterit prohibeat in sua diocesi ne tempore interdicti sepellantur in cimiteriis corpora defunctorum.

IX. (I)tem quod templarii et hospitalarii et alii religiosi habentes temporalia requirantur per singulas dioceses si volunt gaudere constitutionibus Tarrachone et si dicant quod sic mandetur eis quod eas observent in seipsis si inciderint in easdem et alias non observentur eisdem.

X. (Per)iculose necligentie perverseque heredum malicie defunctorum et eorundem ultimarum voluntatum exsecutorum occurrent cupientes et ut pie voluntates defunctorum effectum debitum sortirentur. Nos Rodericus miseratione divina sancte Tarrachone ecclesie archiepiscopus, sacro aprobante concilio, statuimus ut tam nos et successores nostri episcopi provincie Tarrachone et eorum successores visitationis officium exercentes et alios quandocumque nobis vel eis videbatis expedire possimus maxime super exsequutionibus testamentorum et potissime circa relicta ad pias causas inquirere et procedere ex mero et puro officio absque libelli oblatione et litis contestatione et absque strepitu et figura iudicii simpliciter et de plano ipsaque negotia veritate cognita decedentes voluntates ultimas defunctorum executionis debeat demandare, cum nil tantum hominibus debeatur quam ut extreme voluntati libere sit stilus et liberum quod postea non reddit arbitrium. Eademque forma possit servari super usurarum restitutionibus faciendi et cum hec fuisset iam a iure provisum volumus quod presens statutum non tantum ad futura negotia sed et preterita et adhuc pendentia extendatur.

Subscriptiones

Ego Martinus Petrus procurator domini Calagurritani et Calciatensi episcopi subscribo.

Ego M. de Sclava thesaurarius Pampilonensi procurator R. domini Pampilonensis episcopi subscribo.

Ego Galcerandus de Vegis archidiaconus Urgellensis procurator episcopi Urgellensis subscribo.

XXII. CONCILI DE TARRAGONA DE L'ANY 1306
(Quart dels de Roderic Téllez)

D'aquest quart concili de Roderic Téllez no se'n conserven el proemi ni les subscripcions, ni tan sols en l'aplec d'Antonio Agustín.

Els còdexs anteriors a la compilació de 1330, el de Tortosa, el de París, ni tan sols el dels Agustinians de Barcelona, consignaren cap constitució d'aquest concili. El mateix Villanueva que, com hem vist anteriorment volia preparar una col·lecció de concilis, en els seus papers¹ es limita a copiar quatre constitucions que treu de dos còdexs gironins de la compilació de 1330², sens dubte per no haver-ne trovat res en el còdex dels Agustinians ni en el dels Carmelites de Lleida.

Sobre l'existència d'aquest concili i la seva datació no hi poden haver dubtes. Les inserides a la compilació del patriarca d'Alexandria feta l'any 1330 (amb excepció de la que fa referència a Bonifaci VIII posada fora de lloc), en la totalitat dels manuscrits venen sota la rúbrica "Rodericus in quarto concilio Terrachone, VIII kalendas martii, anno Domini M^o.CCC^o.V^o;" tan sols en discrepa un sol manuscrit³, però només en cosa de pocs dies, expressant que havia sigut el "VIII ydus martii" del mateix any.

1. *Papeles de Villanueva*, cit., lligall I, p. 232.

2. Són els que relacionem en la segona part d'aquest treball com a mss. II i III.

3. Ms. 5 de la Biblioteca Reial (Arxiu de la Corona d'Aragó).

Aquesta compilació no fou un treball d'erudició, ni s'ho havien proposat els seus redactor o redactors, sinó la temptativa per a solucionar el problema de l'abundància de constitucions, àdhuc sobre una mateixa matèria i seleccionar les que es consideraven útils. Al redactar-la, es prengueren els textos que es conservaven aleshores a la seu de Tarragona, potser amb un sentit de selecció poc exigent, com es dedueix de les divergències sobre atribució de les fonts que hem anat observant posant-la amb relació amb els escassos textos anteriors al concili de 1330. En general, l'atribució de les constitucions compilades és correcta en quan als arquebisbes, però no passa el mateix pel que respon a les dates.

Per això, en la present edició, al front de cada grup de constitucions compilades hi anotem asteriscs (*) referits a notes a peu de plana, on fem concís esment d'aquestes variacions, identificant els diversos manuscrits amb la xifra ordinal que donem en la precedent relació d'aquests.

Per a l'edició hem seleccionat com a text bàsic el còdex de Sant Feliu de Girona (III), car a part de que és gairebé coetani, amb pocs anys de diferència amb la data de formació de la compilació, es tracta d'un manuscrit desconegut i caligràficament perfecte.

En l'aparat crític hi collacionem l'altre còdex també gironí (II de la llista) que designem per *ms. G* i el d'ascendència barcelonina

15. Valls Taberner, cit., p. 271, li atribueix erròniament contenir la compilació del patriarca.

(XI de la relació), per tractar-se d'un còdex especialitzat en l'obra de Joan d'Aragó, com per la relació que serva amb els tres mss. barcelonins i vigatans; el designem com a ms. H.

El ms. d'Avinyó (I de la llista), tant per les seves llacunes, com per tractar-se del més conegut —en realitat l'únic que ha sigut objecte de tres edicions—, no l'havem inclòs en l'aparat crític, però el tenim en compte en els advertiments per asterisc.

Però, en canvi, no podíem oblidar el text que, amb el temps, s'anà consolidant amb les edicions oficials impreses de les constitucions dels concilis provincials de Tarragona, sobretot després de la fixació del text que en feu l'eruditíssim Antonio Agustín a base de còdexs conservats aleshores al seu abast. Aquesta redacció depurada per Antonio Agustín, seguida després en les edicions de Terés i de Costa i Borràs, esdevingué el text recepte o vulgata del dret conciliar de la nostra província eclesiàstica. En aquesta edició hem volgut que en l'aparat crític s'hi pogués comparar el text recepte o oficial, que hem anat extraient de les seves edicions; aquesta vulgata del nostre dret canònic provincial, la collacionem, designant-lo amb la sigla V.

Ex codice Sci. Felicis Gerundae (ms. F).

*1.

Iohannes patriarcha Alexandrinus administrator ecclesie Terrachone in spiritualibus et temporalibus a Sede Apostolica deputatus, in¹ concilio Tarachonense² IIII kalendas martii, anno Domini m^o.ccc^o.xx^o.nono.

¹ in] primo *add.* V | ² Tarraconensi V.

Incipiunt constitutiones provinciales Taracone Iohannis patriarche Alexandrie administrator ecclesie Tarrachone in spiritualibus et temporalibus a Sede Apostolica deputatus, in concilio Tarrachone [IV] kalendas marci anno Domini millesimo tricentesimo vicesimo nono celebrato (H).

1. Concili de Joan d'Aragó, 26 febrer 1330. — "IV kalendas martii, anno Domini m^o.ccc^o.xx^o.ix^o" (I, IV, VI, IX, X, XII, XIV, XVII); "Anno Domini m^o.ccc^o.xx^o.ix^o" (II, III, XV i XVI); "viii^o kalendas martii" (XI); "Anno Domini m^o.ccc^o.xxx^o.iii^o" (XVIII).

I. Ad officium pertinet presidentis constitutiones a se vel¹ predecessoribus suis editas, quas obesse conspicit potius² quam prodesse resecare simpliciter vel in melius reformare, et subditos suos certos redere quas habeant observare. Recognitis igitur diligenter constitutionibus predecessorum nostrorum archiepiscoporum sancte ecclesie Tarrachonensis³ editis in diversis provincialibus conciliis, per eos diversis temporibus celebratis, ac quibusdam ex ipsis tanquam periculosis, quibusdam vero tanquam superfluis resecatis, illas quas utiles seu necessarias invenimus, simul cum quibusdam quas de novo edidimus, sacro concilio approbante, in presenti volumine⁴ providimus redigendas. Decernentes easdem et non alias haberi⁵ pro constitutionibus conciliorum provincialium provincie⁶ Tarrachone⁷, ac mandantes easdem inviolabiliter observari⁸.

¹ vel] a add. V | ² potius om. H | ³ Tarrachone GH | ⁴ praesens volumen V | ⁵ haberi om. H | ⁶ provincie om. H | ⁷ Tarraconensis V | ⁸ observare H.

*2.

*Speragus*¹ in concilio per eum celebrato Terachone kalendas may anno Domini millesimo CC.XXX.

II. *Contra facientes allegationes illicitas*²

Cum aliqui querentes que³ sua sunt non que Ihesu Christi, cum beneficia ecclesiastica in ecclesia Dei vaccent, socios sibi atrahant⁴, in pactionibus illicitis eos sibi alligent⁵, ut propter maiorem numerum pravitatis, obtinere valeant, quod intendunt ad offensam Dei ac scandala⁶ populi christiani, ut proprie ambitioni dampnabiliter satisfiat⁷. Ideoque pactionibus illicitis eos sibi alligent⁵, ut propter maiorem numerum praesumpserit attemptare, omnino beneficio careant⁸ sic obtento, ita quod numquam in eadem ecclesia beneficia valeant⁹ adipisci.

¹ Spargus H, Sparagus V | ² illicitas allegationes *transp.* H | ³ qua V | ⁴ atrahunt HV | ⁵ alligant HV | ⁶ scandalum V | ⁷ satisfaciunt V | ⁸ careat V | ⁹ valeat V.

*3.

III. *Ne clericus secularibus negotiis se immisceant*

Statuimus et mandamus quod¹ curam animarum habentes, et qui sunt in personatibus vel dignitatibus constituti², officia secularia non

2. Concili d'Espàreg de Barca, 1 maig 1230. — "Kalendas madii m^o.cc^o.xxx^o" (I, II, III, IV, VI, VIII, IX, X, XI, XII, XIV, XV, XVI, XVII i XVIII); "Kalendas martii anno Domini m^o.ccc^o" (VII).

3. Primer concilii de Pere d'Albalat, 18 abril 1239. — "Anno Domini m^o.cc^o.xxx^o.ix^o" (I, IV, VII, X, XII, XV, XVI, XVII i XVIII); "Anno Domini m^o.ccc^o.viii^o" (XI); "Anno Domini m^o.cc^o.xxi^o" (V); "Anno Domini m^o.vve^o.ix^o" (VI); ometen tota indicació els mss. II, III, VI, VIII, IX, XIII, XIV, XIX.

assumant, nec baiulias, nec vicarias³ teneant laycorum, sed in suis ecclesiis personalem et continuam residentiam faciant, sicut decet.

¹ quod] clerici *add.* V | ² constituti] que publica *add.* H; publica *add.* V | ³ vicarias nec baiulias *transp.* V.

IV. *Contra*¹ clericos qui in pluribus ecclesiis sun canonici

Item statuimus et mandamus quod aliquis in eodem episcopatu, vel² diversis, duas canonias non habeant³ que ex speciali statuto residentiam personalem requirant, sed altera tantum debeat esse contentus.

¹ contra *om.* H | ² vel] in *add.* GHV | ³ obtineat aut habeat V.

V. *De regularibus*

Item statuimus quod monachi vel canonici regulares qui, relicto habitu ad seculum redierint, ubi¹ voto rationabiliter² sunt stricti, nisi infra mensem ad claustrum redierint et votum³ suum⁴ curaverint adimplere, suis beneficiis sint privati⁵ ut apostate, et tanquam excommunicati ab omnibus evitentur. Et excommunicati ab omnibus evitentur⁶. Et excommunicati denuntientur⁷ diebus dominicis et festivis, et moneantur et excommunicentur tam ipsi, quam conversantes cum eis, et dantes eis consilium, auxilium vel favorem.

¹ ubi] vel H; et V | ² rationabili H | ³ votum *om.* H | ⁴ suum] officium *add.* H | ⁵ privati] et *add.* V | ⁶ Et excommunicati ab omnibus evitentur *om.* V | ⁷ nuntientur V.

VI. *Ne fiant viste in monasteriis*¹

Item precipimus et mandamus omnibus iudicibus et advocatis literatis, ne conveniant vel intersint alicui viste que sit² vel fiet in monasteriis vel grangiis religiosorum, et hoc sub pena excommunicationis³ precipimus et mandamus⁴.

¹ Ne fiant viste in monasteriis] De advocatis H | ² fit V | ³ excommunicationis V | ⁴ mandamus] observari *add.* H.

VII. *De raptoribus et incendiariis*¹

Item statuimus quod incendiarii et raptores publici, tanquam excommunicati vitentur, et ecclesiastica sepultura careant, nisi per se vel heredes ad² satisfactionem venerint³ vel esmendam⁴.

¹ De incendiariis et raptoribus *transp.* H | ² ad *om.* V | ³ venerint] fecerint V | ⁴ emendam HVG.

*4.

Petrus in secundo concilio Valentie celebrato anno Domini M^o.CC^o.XL VIII. Ne aliquis clericus advocet contra ecclesiam Tarrachonensem¹

Sacro approbante concilio statuimus quod si aliquis clericus Tarrachonensis provincie, contra Tarrachonensem² ecclesiam officium³ ad-
vocationis, non petita a nobis licentia et obtentta, prestiterit, nisi pro
sua ecclesia scilicet nostre provincie in qua intitulatus fuerit⁴ vel⁵ nisi
causam suam⁶ vel suorum prosequatur, beneficio quod habuerit in
Tarrachonensi⁷ provincia, auctoritate huius constitutionis noverit se
privatum.

¹ Ecclesiam Tarrachonensem] Tarrachone H | ² Tarrachone H | ³ advocationis
officium *transp.* V | ⁴ fuit H | ⁵ vel] pro episcopo nostre provincie in cuius dio-
cesi beneficium obtinuerit *add.* V | ⁶ suam causam *transp.* HV | ⁷ Tarrachone H.

IX. *Contra archiepiscopum Tholetanum*

Sacro¹ approbante concilio, statuimus quod si Tholetanus archiepis-
copus² per Tarrachonensem³ provinciam transitum faciens, crucem
ante se portari fecerit, vel palio usus fuerit, vel indulgentias dederit in
nostra provincia, que² sicut dicitur fuerunt per eundem temere⁵ ali-
cubi attemptata, loca ad que ipse taliter venerit et in quibus predicta
attemptaverit quamdiu ibidem fuerit cessetur⁶ penitus a divinis. Et ne
eius presumptio remaneat impunita, si supradicta⁷ in provincia nos-
tra⁸ de cetero comiserit, auctoritate nostra et sacri concilii ipsum extunc
quasi exnunc⁹ excomunionis¹⁰ sententie decernimus subiacere. Et si
aliquis literas¹¹ indulgentie archiepiscopi Tholetani in nostra provin-
cia usus fuerit, tanquam falsarius puniatur.

¹ Sacro] Item *antep.* V | ² archiepiscopus] vel quicumque alius archiepis-
copus *add.* V | ³ Tarrachone H | ⁴ qua H | ⁵ per eundem temere *om.* H | ⁶ cessent
V | ⁷ supradicta] de cetero *add.* H | ⁸ nostra provincia *transp.* H | ⁹ ex nunc
quasi extunc *transp.* V | ¹⁰ excomunionis V | ¹¹ litteris V.

X. *Ne clerici extranei altaria erigant*

Item statuimus quod si aliquis clericus de provincia aliena¹ in²
provincia nostra, et specialiter in regno Valentie, altaria de novo hedif-
ficaverit, vel iurisdictionem aliquam sibi usurpaverit, in nostri preiu-

4. Segon concili de Pere d'Albalat ,València 8 maig 1240. — “m^o.cc^o.xl^o” (III);
“m^o.cc^o.xl^o.viii^o” (I, II, IV, V, VI, VII, IX, X, XI, XII, XVII, XVIII, i XIX);
“m^o.cc^o.xl^o.vii^o, kalendas martii” (VIII); sense indicació XIII.

dicium vel³ gravamen, ipsum, auctoritate nostra et sacri concilii⁴, ex-tunc quasi exnunc⁵ excomunionis sententie decernimus subiacere.

¹ aliena om. H | ² in] de H; in] nostra diocesi sive add. V | ³ vel] et H | ⁴ ipsum auctoritate nostra et sacri concilii om. H | ⁵ quasi ex nunc om. H.

XI. *Ne clericus¹ contra suum episcopum advocet²*

Item statuimus quod aliquis clericus contra episcopum suum non advocet, nisi pro episcopo a quo maius beneficium obtinuerit quam a suo, vel nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur.

¹ clerici H | ² advocent H.

*5.

Petrus in tertio concilio Tarracone

XII. *De extrema unctione*

Sacramentum¹ extreme unctionis, petentibus libere et sine pecuniam², a sacerdotibus ministretur. Et singulis annis, clerici ampullam defferant in qua oleum recipiant infirmorum, quando eis crisma et cathecuminorum³ oleum tribuetur, consuetudine aliqua⁴ non obstante.

¹ Sacramentum] Item antep. V | ² pecuniam] pacto H; pecunia V | ³ cathecuminorum GV | ⁴ aliqua] quavis V.

XIII. *Que festa debeant coli¹*

Item cum otium et desidia² fomentum pariant viciorum, festivitatum multitudinem duximus³ temperandam, cum ille eo quod non laborant, pauperes agraventur, et ociosi et desidiosi ad illicita provocentur. Quare festivitates colendas⁴ necessario subnotamus⁵, quas qui contempserit colere per suum presbiterum compellantur; festum sunt⁶ Circumscisionis Domini, Epiphantie⁷, sancti Vincentii, Purificationis sancte Marie, Kathedre sancti Petri⁸, Mathie apostoli, Anuntiationis beate Marie, duorum dierum octavarum⁹ Pasche, sancti Marchi evangeliste, Philipi et Iacobi, Inventionis sancte Crucis, Ascensionis Domini, ferie secunde octabarum Penthecostes, sollempnitatis Corporis Christi¹⁰, Ihoannis babbiste, Petri et Pauli¹¹, sancte Marie Macdalene, Iacobi apostoli¹², sancti Laurentii, Assumptionis beate Marie, sancti Bartholomei¹³,

5. Tercer concili de Pere d'Albalat, 13 maig 1242. — Sense cap indicació X, XII i XIII; els restants es limiten a dir "Petrus in tertio concilio".

Nativitatis beate Marie Virginis¹⁴, exaltationis sancte Crucis¹⁵, Matehi apostoli, sancte Tecele¹⁶, sancti Michaelis, Luche evangeliste, Simonis et Iude, Narcissi episcopi¹⁷, Omnium Sanctorum, sancti Martini, sancti Andree, sancti Nicholai, sancti Thome, Nativitatis Domini, sancti Stephani, sancti Iohannis apostoli¹⁸. Et quelibet parrochia observet festivitatem illius sancti in cuius honore constructa¹⁹ est maior²⁰ ecclesia. Officia vero harum sollempnitatum et omnium aliarum, sive sint novem, sive trium lectionum, prout hactenus consuevit fieri a clericis²¹ in ecclesiis et in portionibus observentur, et ad²² audiendum officia laici nichilominus moneantur.

¹Que festa debeant coli] De celebritate festivitatum H | ²desidiam H | ³ducimus V | ⁴colendas om. G | ⁵subnotavimus V | ⁶sunt] scilicet V | ⁷Epiphanie] Domini add. H | ⁸Kathedre sancti Petri om. HV | ⁹octavarum] festum H | ¹⁰sollempnitatis Corporis Christi om. HV | ¹¹Pauli] apostolorum add. H; et add. V | ¹²apostoli] et add. V | ¹³Bartholomei] apostoli add. V | ¹⁴virginis om. H; virginis Marie transp. V | ¹⁵exaltationis sancte Crucis om. V | ¹⁶sancte Tecele om. HV | ¹⁷Narcissi episcopi om. V | ¹⁸apostoli] et evangeliste add. V | ¹⁹constructa] constituta V | ²⁰maior] eius add. V | ²¹clericis] et add. V | ²²ad. om. H.

XIV. De celebratione missarum¹

Item quia aliqui sacerdotes² plures celebrant misas contra canonicas sanctiones, inhibemus quod, nisi in die Nathalis Domini, tres misas nullas audeat celebrare. Quod si fecerit, in excommunicationem incidat ipso facto, et officio beneficioque privetur. Duas vero toleramus, sive tolerando permittimus, una et eadem die³, quando urgens necessitas fuerit celebrari, quousque dominum nostrum⁴ Papam super eodem negotio consulamus. Necessitatem si quidem declaramus quando unus sacerdos habet duas ecclesias, quarum una dependat⁵ ab⁶ alia, et altera illarum non potest habere proprium sacerdotem, vel sunt tenues, nec parrochiani⁷ propter distantiam loci⁸, vel aliam rationabilem causam, possunt comode ad alteram convenire, et in aliis casibus a iure concessis. Quandocumque vero duas missas celebrari contigerit, sacerdos caveat ne, post sumptionem sanguis in prima misa, vinum perfussionis accipiat; quod si fecerit, eadem die non poterit missam aliam⁹ celebrare.

¹De celebratione missarum] Ut sacerdotes non nisi unam missam celebrent H | ²sacerdotes V; sacerdotibus F | ³die] scilicet add. V | ⁴nostrum om. HV | ⁵dependet V | ⁶ab] ex H | ⁷parrochia H | ⁸locorum V | ⁹aliam missam transp. H.

XV. Ut episcopi et eorum officiales iustitiam gratis reddant

Item¹ precipimus quod² episcopi vel officiales eorum et alii clerici, ordinariam iurisdictionem habentes, gratis causas³ examinent⁴, senten-

tias sponte⁵ proferant, nullam inde peccuniam recipientes. Salvo eo quod, pro iustitia ratione, donationis⁶ debetur. Notarius autem precium⁷ pro labore scripture percipiat⁸ temperatum.

¹ Item *om.* V | ² quod] ut V | ³ causam H | ⁴ examinent] et *add.* V | ⁵ sponte *om.* V | ⁶ donationis] dominationes V | ⁷ precium] recipient V | ⁸ percipiat *om.* V

XVI. *Ut episcopi ad provincialia concilia¹ veniant*

Item quia episcopi ad provinciale concilium non veniunt ut debeant, excusationes frivolas pretendentes, ex quo disciplina ecclesiastica enervatur et sacri canones contempnuntur, statuimus ut, ab hac hora in antea², omnes episcopi sine quolibet³ diffugio ad provinciale concilium veniant, prout decet, nisi causa necessaria et urgentissima⁴ excusentur. Et quicumque episcopus contra hanc constitutionem duxerit faciendum, ab archiepiscopo evocatus⁵, civitate⁶ adeat Tarrachonensis⁷ ibi⁸ tamdiu moraturus, donec⁹ ab archiepiscopo recedendi¹⁰ licentiam obtinuerit specialem¹¹.

¹ concilia provincialia *transp.* H | ² ab hac hora in antea] in posterum V | ³ quolibet] ullo V | ⁴ et urgentissima *om.* H | ⁵ vocatus H | ⁶ civitatem GHV | ⁷ Tarrachone H | ⁸ ibidem H | ⁹ donec] tamdiu H; quoad V | ¹⁰ redeundi H | ¹¹ specialiter H.

XVII. *Ut clerici ad sinodum veniant*

Eodem modo, statuimus ut omnes clerici curam animarum habentes ad sinodum veniant katedralis ecclesie in cuius diocesis comorantur, occasione vel consuetudine aliqua¹ non obstante, eandem² penam, si huiusmodi³ constitutionis transgressoris⁴ fuerint in suis civitatibus incurrentes⁵.

¹ aliqua quavis V | ² eadem H | ³ modi *om.* HV | ⁴ transgressores HV | ⁵ incurrant V.

*6.

Petrus in quarto concilio Terrachone

XVIII. *Ne parrochiales ecclesie per laycos¹ attribuentur*

Cum² ecclesie parrochiales per laicos administrari non debeant³, statuimus quod laicis⁴ nullomodo⁵ atribuentur⁶, sed per clericos et

6. Quart concili de Pere d'Albalat, 5 maig 1243. — Ometen tota indicació X i XIII. Els restants, "Petrus in quarto concilio Tarrachone".

viros ecclesiasticos ⁷ ecclesiis gubernentur, secundum canonicas sanctiones.

¹ Ne parrochiales ecclesie per laycos] Ut ecclesie laicis non H | ² Cum] Item antep. V | ³ debent H | ⁴ laicis] decetero add. H | ⁵ de cetero ullo modo V | ⁶ atribuantur V | ⁷ viros ecclesiasticos et clericos *transp.* H.

*7.

Petrus in quinto concilio Terrachone

XIX. *Contra conspiratores* ¹

Conspiratorum genus odibile cupientes a perversitate huiusmodi coercere, sacro approbante concilio, excommunicamus omnes conspiratores et colligationes illicitas facientes in clero, et contra constitutos in clero. Sententiam autem huiusmodi ad preterita duximus extendendam ², nisi infra mensem a tempore scientie, quis ³ conspirationem et alligationem ⁴ huiusmodi pro posse duxerit ⁵ revocandas ⁶.

Simili sententia innodamus omnes illos qui, contra constitutos in clero, libellos famosos composuerint, et qui componi fecerint et qui, compositos inventos, non rumpuerint ⁷ sine mora.

¹ conspiratores] et contra componentes libellos famosos contra clerum add. H | ² extendenda H | ³ quis om. V | ⁴ et alligationem] colligationemque V; colligationem H | ⁵ duxerint V | ⁶ revocandam V | ⁷ rapuerint H; rumperint G.

XX. *Contra invasores et raptores rerum ecclesiasticarum*

Item quidam in aliorum prediis propria comoda ¹ studeant invenire, sacro approbante concilio, excommunicamus invasores, raptores et depredatores hominum ecclesiarum ², ecclesiasticarum rerum et locorum religiosorum, qui bona predicta rapuerint vel invaserint violenter, dummodo persone ³ de quibus querelam habuerint, parate fuerint prout debuerint iuri stare ⁴.

§ Eadem autem ⁵ excommunicatione ligamus fautores et receptores predictorum malefactorum; statuentes ut quamdiu principales malefactores in aliqua villa vel civitate fuerint, ecclesie cessent penitus a divinis. Et si forte malefactores principales ⁶ mortui fuerint absque satisfactione condigna, licet in articulo mortis ⁷ absoluti fuerint, eorum corpora non tradantur ecclesiastice ⁸ sepulture, quousque heredes morientium satisfecerint passis iniuriam ⁹ et dampnum penitus fuerit ¹⁰ emen-

7. Cinquè concili de Pere d'Albalat, 12 gener 1244. — "Quartum concilium domini Petri Tarrachone" (IX i XIV); sense indicació en XIII; els restants uns "Quintum concilium domini Petri Tarrachone", i els altres "Petrus in quinto concilio".

datum; nec predicti in sanitate aliquatenus absolvantur, nisi cum de¹¹ predictis omnibus satisfecerint competenter.

§ Simili excommunicationis¹² sententia innodamus omnes illos qui predam clericorum, et locorum religiosorum, et hominum eorundem scienter receperint¹³ et voluntarie¹⁴ in castris suis¹⁵ emerint. Et castra illa et¹⁶ ville in quibus fuerit preda retenta¹⁷, cessent penitus a divinis, quousque dampnum datum pro posse studuerint emendare.

§ Et licet invasores et raptores ecclesie in genere sint excommunicati non tamen evitentur nisi facti evidentia vel confessione propria hoc constaret quousque in specie denunciati fuerint.

§ Et postquam¹⁸ denunciati fuerint, absolutio talium cuilibet episcopo in sua diocesi auctoritate sacri concilii est comissa¹⁹.

¹ comoda propria *transp.* H | ² ecclesiarum] et *add.* V | ³ persona H | ⁴ stare iuri prout debuerint *transp.* V | ⁵ autem] etiam GHV | ⁶ principales malefactores *transp.* HV | ⁷ mortis articulo *transp.* V | ⁸ ecclesiastica H | ⁹ iniuriam passis *transp.* HV | ¹⁰ fuerit penitus *transp.* HV | ¹¹ de om. H | ¹² excommunicationis V | ¹³ receperint scienter *transp.* V | ¹⁴ et voluntarie receperint *transp.* H | ¹⁵ suis] vel *add.* HV | ¹⁶ et] vel HV | ¹⁷ retenta fuerit preda *transp.* HV | ¹⁸ postquam] in specie *add.* V | ¹⁹ comissa] concessa H.

XXI. *Quod quilibet episcopus sententias latas per alium episcopum in sua diocese denuntiet*¹

Item, sacro approbante concilio, statuimus quod quilibet episcopus in sua diocese denuntiet² sententias per alium episcopum latas, ad significationem ipsius, et vitet excommunicatos³ ab eo, et faciat⁴ artius⁵ evitari.

¹ Quod quilibet episcopus sententias latas per alium episcopum in sua diocese denuntiet] Ut episcopi vitent excommunicatos H | ² denuntiet HV | ³ excommunicatum H | ⁴ ab eo faciat *om.* H; faciat] tanquam excommunicatos *add.* V | ⁵ artius] per suam diocesim *add.* V.

*8.

Petrus in sexto concilio

XXII. *Ne aliquis*¹ *parrochiali ecclesie administret antequam ab episcopo curam receperit*²

Statuimus quod nullus clericus³ institutus vel presentatus in parrochiali ecclesia, a clerico vel laico in eadem administrare presumat,

8. Sisè concili de Pere d'Albalat, 1 maig 1246. — "Petrus in sexto concilio celebrato kalendas madii anno Domini m°.cc°.xl°.vii°" (XVIII); sense cap referència en IV, XII i XIII; els restants consignen el sisè concili i nom de l'arquebisbe, sense expressar data.

quousque a diocesano episcopo curam in eadem ecclesia receperit⁴ animarum, contraria consuetudine⁵ non obstante, quę potius dicitur corruptela.

Quicumque autem⁶ contrafecerit, ipso facto iure quod habet vel habere intendit seu⁷ credit in ecclesia sit privatus ea vice; potestatem data⁸ diocesano removendi institutum seu⁹ presentatum, nichilominus statuentes¹⁰ quod, institutus et confirmatus¹¹ per episcopum nullo casu valeat ab alio¹² quam a suo episcopo removeri.

¹ aliquis] in *add.* H | ² receperint H; animarum *add.* GH | ³ clericus *om.* H | ⁴ recipiat H | ⁵ consuetudine contraria *transp.* V | ⁶ autem vero H | ⁷ intendit seu *om.* HV | ⁸ data potestate *transp.* HV | ⁹ seul etiam *add.* V | ¹⁰ instituentes H | ¹¹ confirmamus H | ¹² ab alio *om.* H.

XXIII. *De invasoribus*

Olim excommunicasse recolimus invasores, raptores et depredatores hominum ecclesiarum¹, rerum ecclesiasticarum et locorum religiosorum, qui bona predicta rapuerint vel invaserint violenter, dummodo persone de quibus querelam habuerint, parate fuerint prout debuerint iuri stare. Eadem etiam² excommunicatione ligavimus fautores et receptores predictorum³ malefactorum, statuentes ut quamdiu principales malefactores essent in aliqua villa vel civitate cessarent⁴ penitus a divinis ecclesie⁵.

§ Et si forte principales malefactores absque satisfactione condigna ab hoc seculo transmigrarent, licet essent in mortis articulo absoluti, eorum corpora non tradantur⁶ ecclesiastice sepulture, quousque heredes morientium satisfecissent⁷ passis iniuriam⁸ et dampnum datum penitus emendassent, nec predicti in sanitate absolvi possent⁹, nisi de¹⁰ premissis omnibus prius satisfecissent passis¹¹ iniuriam competenter.

§ Simili excommunicatione innodamus omnes¹² qui predam clericorum religiosorum et hominum¹³ eorundem scienter receperint et¹⁴ voluntarie¹⁵ in castris suis et emptores ab eis; et quod castra et ville in quibus preda erit¹⁶ retenta cesarent penitus a divinis, quousque dampnum datum studuissent pro posse suo penitus emendare.

§ Verum quidam per se¹⁷ predictam constitutionem, perverse intelligentes eam¹⁸ trahunt ad res modicas¹⁹ et ad ea que non²⁰ proposito noscendi, sed ex necessitate aliqua, a²¹ non credentibus offendere capiuntur.

§ Nos autem perversum intellectum et²² dubitationem huiusmodi penitus declarantes, in omnibus supradictis casibus sic ducimus declarandum²³: Quod illi tantum intelligantur²⁴ excommunicati qui ex proposito, cum armis vel sine armis, violenter invaserint vel²⁵ destruxerint²⁶ loca predicta et ceperint homines ipsorum et res eorundem, in hoc graviter delinquentes.

§ Loca²⁷ autem in hoc solo casu cessare volumus penitus a divinis quamdiu fuerit a predicta²⁸ violenter recepta²⁹.

§ Fautores autem et emptores prede, post admonitionem legitimam, iuxta diocesani arbitrium, excommunicentur.

§ Ei si aliquem³⁰ predictorum excommunicatorum³¹ absque satisfactione condigna mori contigerit, tamdiu careat ecclesiastica sepultura, quousque³² per heredes ipsius dampnum datum per eum sit plenarie passis iniuriam, vel eorum heredibus satisfactum³³.

¹ ecclesiarum *om.* H; ecclesiasticarum V | ² etiam *om.* H | ³ predictorum] et *add.* H | ⁴ cesent H | ⁵ ecclesie *om.* H; ecclesie penitus a divinis *transp.* V | ⁶ traderentur HV | ⁷ satisfecerint H | ⁸ iniuriam passis *transp.* H | ⁹ absolvi possent in sanitate *transp.* V | ¹⁰ de *om.* H | ¹¹ iniuriam passis *transp.* H | ¹² omnes] illos *add.* V | ¹³ hominum] omnium H | ¹⁴ et *om.* H | ¹⁵ voluntaria H | ¹⁶ essent H; esset V | ¹⁷ per se *om.* V | ¹⁸ eam] esse H | ¹⁹ modicas *om.* H | ²⁰ non] ex *add.* Hv | ²¹ a *om.* H | ²² et] ad H | ²³ declarandam V | ²⁴ intelliguntur H | ²⁵ vel] et V | ²⁶ distraherint H | ²⁷ nota] loca HV | ²⁸ ibi fuerint a predicta] preda ibi fuerit H; preda fuerit violenter receptata V | ²⁹ recepta] accepta H | ³⁰ aliqua G | ³¹ excommunicatorum predictorum *transp.* V | ³² quoadusque V | ³³ satisfactum] restitutum V.

XXIV. De sarracenis venientibus ad bap̄tismum

Quia intelleximus quod aliqui sarraceni captivi ficte veniunt ad bap̄tismum, ut possint iugum evadere servitutis, statuimus ut cum sarraceni huiusmodi ad ecclesiam causa bap̄tizandi confugerint, diebus aliquibus per rectorem ecclesie conserventur, ut cognoscant utrum in tenebris ambulet¹ vel in luce, et si perseveraverit in proposito bap̄tizandi² bap̄tismus eisdem non negetur.

¹ ambulent H | ² bap̄tizandi] easdem *add.* G; eisdem *add.* H; ulterius bap̄tismus *add.* V | ³ denegetur H.

*9.

*Petrus in septimo*¹ concilio

XXV. Contra donationes occultas²

Cum³ occulta donatio suspicione non careat, iuxta canonicas sanctiones et aliis omnibus concilii⁴, donationes occultas de dignitatibus, personatibus, rectoriis, prebendis, seu portionibus, et aliis omnibus administrationibus, miniisteriis et⁵ officiis⁶, beneficium ecclesiasticis quocumque nomine censeantur, fieri prohibemus. Statuentes ut, tam

9. Setè concili de Pere d'Albalat, 22 abril 1247. — Sense indicació en X i XIII; "Petrus in octavo concilio" II, el XII avantposa el títol a la constitució precedent; els restants, "Petrus in septimo concilio" els uns, "Septimum concilium domini Petri" els altres.

donator quam donatarius donacionem recipiens, factam infra tempus de conferendis beneficiis a canonibus diffinitum ⁷, a vacationis tempore computandi ⁸, taliter studeant publicare, ut appareat cui donaverit et quo tempore sit donatum; aliter quidem dicta ⁹ donatio ipso iure non valeat, nec alicui competat actio vel deffensio ex eadem.

§ Sane donator qui contra hoc statutum venerit, conferendi potestate careat ea vice; et ad alias ¹⁰ secundum statuta Lateranensis ¹¹ concilii, huiusmodi ¹² collatio devolvatur.

¹ octavo G | ² occultas] de dignitatibus et personatibus, et cetera *add.* G | ³ Cum] Item *antep.* V | ⁴ et omnibus aliis conciliis] sacro approbante concilio HV | ⁵ et *om.* HV | ⁶ officii] et *add.* HV | ⁷ diffinitum] et *add.* V | ⁸ computandum HV | ⁹ dicta] facta V | ¹⁰ ad alias] alios HV | ¹¹ Lateranensis *om.* H | ¹² huiusmodi] huius H.

*10.

Petrus in octavo concilio

XXVI. *De bonis prelati deffuncti*

Cum, non sine gravi peccato, quod suum non est possit aliquis retinere, anticum canonem hec huiusmodi ¹ beneplaciti ad memoriam reducetes, sacro approbante concilio, statuimus quod, post mortem archiepiscopi ² vel alterius prelati seu beneficiati Terrachonensis ³ provincie, bona eius ecclesiastica ad manus aliquorum fidedignorum perveniant secundum quod in ecclesia deffuncti de consuetudine est obtentum, vel si consuetudo cessat, duo eligantur fidedigni si pererat deffunctus conventui ⁴ aut ab episcopo diocesano, vel eius locum tenente, si deffunctum conventui non pererat, qui bona recipiant supradicta. Et, infra decem dies, tales administratores seu procuratores, adhibito tabellione publico et testibus ad hoc specialiter convocatis, conficiant de omnibus rebus deffuncti ⁵, mobilibus et immobilibus et se moventibus, inventarium. Et si per negligenciam hoc fuerit ommissum ⁶ predicti procuratores ad duplum teneantur.

§ Si vero predicti administratores vel aliquis alius de bonis predictis aliquid invaserit, vel rapuerit, vel tenuerit ⁷ fraudulenter, et legitime amonitus, bona sic retenta sine diminutione non restituerit successoris, auctoritate concilii se noverit excomunionis ⁸ sententia innodatum.

§ Admonemus autem episcopos et alios prelatos Terrachonensis ⁹ provincie ut, in vita sua, si comode fieri poterint, de rebus predictis confici faciant inventarium. Hanc autem sententiam, vel illam de inva-

10. Vuitè concili de Pere d'Albalat, Alcanyç-Tarragona, 25 febrer a 15 març 1250. — Sense indicació, XIII; “septimo concilio”, XVIII. Els restants, “Petrus in octavo concilio” els uns i “Octavum concilium domini Petri” els altres.

soribus ecclesiarum vel rerum earum¹⁰, ad personas archiepiscopi vel episcoporum extendi nolumus ullo modo.

¹ huiusmodi] huius H; hac constitutione V | ² archiepiscopi] cuiuslibet episcopi add. V | ³ Tarrachone H | ⁴ conventui] praeerat add. V | ⁵ deffuncti] et add. G | ⁶ obmissum H | ⁷ retinuerit V | ⁸ excommunicationis V | ⁹ Terrachone GH | ¹⁰ earum] per constitutionem que incipit Olim add. V.

*11.

Benedictus in primo concilio celebrato Tarrachone VI. idus aprilis, anno Doomini M^o.CC^o. quinquagesimo tertio.

XXVII. De absolutiones invasorum

Sacro¹ approbante concilio², plenam³ concedimus universis⁴ suffraganeis potestatem absolvendi subditos suos qui excommunicati per ipsos fuerint, vel etiam auctoritate constitutionis⁵ sacri concilii Terrachone⁶ contra malefactores et invasores hominum et rerum ecclesie promulgate, licet dicti excommunicati denunciati fuerint in concilio Terrachone⁷.

§ Item fuit⁸ ordinatum, sacro approbante concilio⁹, quod dominus archiepiscopus absolvat subditos suffraganeorum suorum¹⁰ qui ad ipsum venerint excommunicatos¹¹ ratione constiutionis sacri concilii Terrachone¹² contra invasores et¹³ malefactores¹⁴ hominum et rerum ecclesie promulgate, premissa satisfactione et secundum formam ecclesie; et¹⁵ quod dominus archiepiscopus assensum¹⁶ diocesani illius vel illorum excommunicatorum¹⁷, requirat si sibi visum¹⁸ fuerit expedire.

¹ Sacro] Item antep. V | ² concilio] statuimus add. H | ³ plenam] et H | ⁴ universis] nostris add. HV | ⁵ constitutionis om. H | ⁶ Tarraconensis V | ⁷ Tarraconensis V | ⁸ fuerit G | ⁹ concilio approbante transp. GHV | ¹⁰ suorum] excommunicatos add. H | ¹¹ excommunicatos om. H | ¹² Tarraconensis V | ¹³ et] raptos ac add. V | ¹⁴ malefactorum H | ¹⁵ et om. H | ¹⁶ consensum V | ¹⁷ excommunicatorum] de cuius diocesi sint add. H | ¹⁸ visum] bene antep. H.

XXVIII. Quod clerici ad invicem se absolvant a sententia minoris excomunionis¹

Item, sacro approbante concilio, damus universis nostre provincie presbiteris potestatem quod ad invicem unus alii² possit super minoris³ excomunionis⁴ sententia absolutionis beneficium impartiri.

¹ Quod clerici ad usq. excomunionis] Quod presbiteri ad invicem se absolvant H | ² alius H; alteri V | ³ minori H | ⁴ excommunicationis V.

11. Primer concilii de Benet de Rocabertí, 8 abril 1253. — Omet la rúbrica el XVIII; "Benedictus in primo concilio celebrato Terrachone vi^o idus aprilis anno

*12.

*Benedictus in secundo (sic) concilio*XXIX. *De inuasoribus*

Verum cum¹ in constitutione, bone memorie domini Petri predecesoris nostri, que incipit *Olim excommunicasse recolimus*² caveatur³ quod loca ad que preda clericorum ecclesiarum vel personarum religiosarum seu hominum eorundem, violenter⁴ accepta pervenerit⁵ quamdiu ibi fuerit cessent⁶ penitus a divinis. Volentes inuasorum et raptorum ex-cogitatis malitiis⁷ maximationibus quantum cum iustitia possumus obviare, declaramus ac constituimus quod loca, in quibus huiusmodi preda vendita vel alio modo alienata seu etiam consumpta fuerit, tamdiu cessent penitus a⁸ divinis, quousque condigna satisfactio dampna passis facta fuerit pro⁹ eadem.

*Constitutio*¹⁰

§ Item cum clerici et persone ecclesiastice maiori quam res eorundem debeant privilegio et¹¹ immunitate seu libertate gaudere, sacro approbante concilio, statuimus quod loca, ad que occisores et mutilatores clericorum et personarum ecclesiasticarum et capientes eosdem pervenerint, cessent penitus a divinis quousque ad iudicium ecclesie satisfecerint de comisso. Loca etiam in quibus clerici seu¹² persone ecclesiastice capte detinebuntur¹³ quamdiu violenter seu invite detinebuntur ibidem cessent similiter a divinis.

*Constitutio*¹⁴

§ Item quod¹⁵ facientes et consentientes pari debent pena¹⁶ puniri seu¹⁷ dampnari eodem concilio approbante, receptores¹⁸ eorum qui occidunt vel mutilant vel rapiunt¹⁹ clericos vel personas ecclesiasticas, excomunionis²⁰ sententia²¹ innodamus.

¹ cum om. H | ² recolimus] et cetera add. H | ³ caveant H | ⁴ violenter om. V | ⁵ pervenerint H | ⁶ cesset H | ⁷ malitiis] et add. V | ⁸ a om. H | ⁹ pro] per HV | ¹⁰ Constitutio] contra occisores, mutilatores et captos clericorum add. G | ¹¹ et om. H | ¹² seu] et HV | ¹³ detinentur H | ¹⁴ Constitutio om. H | ¹⁵ quod] quia GHV | ¹⁶ pari pena debent transp. V | ¹⁷ puniri seu om. HV | ¹⁸ receptatores V | ¹⁹ capiunt GHV | ²⁰ excommunicationis V | ²¹ sententiae H.

Domini m^o.ccc^o.l^o.viii^o” (IX i XIV); “Benedictus in primo concilio celebrato Terrachone anno Domini m^o.cc^o.lviii^o, quinto idus aprilis” (XVIII); els restants concorden exactament en què aquest primer concili de Benet de Rocabertí es celebrà a Tarragona a “vi^o ilus aprilis, anno Domini m^o.cc^o.liii^o”.

12. Tercer concili de Rocabertí, 21 novembre 1266. — Del segon concili de Benet de Rocabertí, la compilació no en recull cap constitució; per això, els mss.

XXX. *Quod episcopi faciant legi ad mensam*

Item ne solum fauces sumant cibum, sed¹ aures audiant² verbum Dei et cessent vaniloquia et tumultus, statuimus quod singuli episcopi, in palaciis suis, dum comedunt, ad mensam faciant sibi legi³. Idem volumus et statuimus de abbatibus, prioribus et prepositis⁴, in suis conventibus, dum in refectorio comedunt observari.

¹ sed] et *add.* V | ² audiant] et percipiant *add.* V | ³ legi sibi *transp.* VH | ⁴ prepositis *om.* H.

*13.

Bernardus in primo concilio

XXXI. *De invasoribus*

Declarando¹ constitutiones predecessorum nostrorum, videlicet dominorum Petri et Benedicti bone memorie, quarum prima incipit *Olim excommunicasse*, recolimus et secunda *Cum nos Benedictus et cetera*², statuimus quod quamdiu persone invasorum et raptorum rerum ecclesiasticarum³, et persone etiam illarum qui in prelatos cathedralium ecclesiarum⁴ et aliorum locorum religiosorum Tarrachonensis⁵ provincie manus iniecerant⁶ violentas, fuerint in aliqua civitate, villa vel castro provincie aupradicte, aut infra terminos⁷ locorum eiusdem provincie, quod ipse civitates⁸, castra seu⁹ villa¹⁰ et alia loca¹¹, cessent, ipsi invasoribus et¹² raptoribus seu percussoribus presentibus, penitus a divinis¹³.

§ Et dicti malefactores, percussores¹⁴, per rectorem seu capellanum loci ipsius excommunicati nichilominus nuntietur, et tanquam excommunicati¹⁵ ab omnibus evitentur.

¹ Declarantes H; et Item *antep.* H | ² et cetera *om.* H | ³ ecclesiae V | ⁴ et persone etiam illarum qui in prelatos cathedralium ecclesiarum *om.* H; ecclesiarum cathedralium *transp.* V | ⁵ Tarrachone H | ⁶ iniecerint H | ⁷ terminos] dictorum *add.* V | ⁸ civitates] loca *add.* H | ⁹ seu] vel H | ¹⁰ ville HV | ¹¹ et alia loca *om.* H | ¹² et *om.* HV | ¹³ a divinis penitus *transp.* H | ¹⁴ percussores] seu raptos *add.* GH | ¹⁵ excommunicati] ubique *add.* HV.

donen el present com a segon concili. Els còdexs I i XIII ometen la rúbrica; els disset restants, uns posen "Benedictus in secundo concilio", i els altres, "Secundum concilium Benedicti".

13. Primer concili de Bernat d'Olivella, 24 gener 1274. — Omet tota indicació, XIII; "Benedictus" en lloc de "Bernardus", cn VII; "Bernardus in primo concilio celebrato Terracone ix" kalendas februarii anno Domini m°.cc°.lxx° tertio", el XVI. Els restants es limiten a consignar "Bernardus in primo concilio".

XXXII. *Ut observentur constitutiones Terrachone*

Item ¹ statuimus, sacro approbante concilio ², quod quilibet episcopus provincia Tarrachone ³, circa observationem presentis constitutionis et omnium constitutionum a nostris predecesoribus editarum, sit sollicitus et attentus; rectores ⁴ ecclesiarum et vicarii, sive eorum locateneutes ⁵, easdem constitutiones ⁶ ad mandatum sui diocesani, vel eius officialis, inviolabiliter teneant et observent. Si quis vero ⁷ de predictis rectoribus, vicariis, capellanis vel eorum locatenentibus, recepto mandato sui diocesani, vel eius officialis, presentes et aliorum predecessorum nostrorum constitutiones ⁸ neclexerint observare, ad sui diocesani ⁹ vel eius officialis arbitrium puniatur ¹⁰. Et nichilominus teneatur ¹¹ restituere, illi qui petit iustitiam, omnes expensas quas, eundo vel ¹² redeundo, propter hoc ad diocesanum per iuramentum premissa taxatione diocesani ¹³ probaverit se fecisse, et ad hoc per diocesanum episcopum compellantur.

§ Diocesanus vero, qui circa correctionem subditorum suorum, qui super predictis suum danmatum vel sui officialis ¹⁴ neclexerint adimplere, vel circa observationem predictarum constitutionum repertus negligens ¹⁵ fuerit vel remissus, iram et indignationem Omnipotentis Dei et beate Tecele incurrat, puniendo ¹⁶ nichilominus ad arbitrium provincialis concilii quod in ecclesia Terrachonensis ¹⁷ contigerit in posterum celebrari.

¹ Item *om.* V | ² concilio sacro approbante *transp.* H | ³ Tarrachonensis V | ⁴ rectores] autem *add.* HV | ⁵ seu locatenentes eorum *transp.* V | ⁶ constitutiones easdem *transp.* V | ⁷ vero] enim H | ⁸ constitutiones *om.* H | ⁹ diocesani] episcopi HV | ¹⁰ puniantur H | ¹¹ teneantur H | ¹² vel] et HV | ¹³ diocesani *om.* H | ¹⁴ officialis] sui *add.* H | ¹⁵ negligens repertus *transp.* HV | ¹⁶ puniendus V | ¹⁷ Tarrachone H.

XXXIII. *Quod christiane ¹ non habitent cum iudeis, nec eorum ² filios nutrient*

Statuimus etiam, sacro approbante concilio, quod nulla mulier ³ alicui ⁴ loci provincie Tarrachonensis ⁵ audeat habitare cum iudeis, aut filios aut ⁶ filias eorum nutrire seu lactare.

§ Et quecumque contra huiusmodi inhibitionem nostram, postquam monita fuerit super hoc, presumpserit facere supradicta, decernimus eam vel eas ex tunc excomunionis ⁷ sententie subiacere. Ita videlicet quod cum illud diocesano, vel rectori illius loci ⁸ ubi mulieres super hoc culpabiles invente fuerint ⁹, extiterit nuntiatum per iamdictum diocesanum aut ¹⁰ rectorem, ipse mulieres nuncientur excommunicate ¹¹ et tanquam excommunicatas faciant ab omnibus evitari.

§ Et ne ipse mulieres de facili in excomunionis laqueri¹² incidere valeant ipso facto, rectores locorum in quibus iudei morantur, semel annis singulis publicetur¹⁴.

¹ christiane] mulieres christianorum H | ² eorum om. H | ³ mulier] christiana add. V | ⁴ alicuius HV | ⁵ Tarrachone H | ⁶ aut] vel GH; aut filios vel filias V | ⁷ excommunicationis V | ⁸ loci illius transp. GH | ⁹ invente fuerint culpabiles transp. H; culpabiles super hoc reperte fuerint V | ¹⁰ aut] vel H | ¹¹ excomunicate nuntietur transp. H | ¹² laqueri] laqueo H; laqueum incidere V | ¹³ ac] aut HV | ¹⁴ publicetur] inincietur H.

*14.

Bernardus in secundo concilio

XXXIV. De capellanis

Intelleximus in quibusdam¹ partibus dicte² provincie³ abusum prave consuetudinis subintrasse⁴ quod, cum canonici ex collationibus suorum episcoporum capellaniae canonice sunt adepti, ipsi canonici easdem capellaniae aliis pro voluntate sua conferunt et assignant. Cum autem hoc impossibile sit de iure, statuimus ut predictarum capellania-
rum collationes per dictos canonicos, qui eas a suis episcopis canonice habuerint, nullatenus de cetero attemptetur. Quod si contrafactum fuerit id⁵ decernimus irritum et inane.

¹ quibusdam] aliis add. HV | ² dicteque H | ³ provincie] Tarraconensis add. V | ⁴ subintrasse] ut et add. H | ⁵ id om. H

XXXV. De observatione festivitatis beate Tecele

Ceterum quod¹ ecclesia Terrachone, que caput et mater existit totius provincie Terrachonensis², sub invocatione et titulo beatissime Tecele virginis et martiris est³ constructa, propter quod⁴, ad invocationem et venerationem eiusdem, omnes et singuli de predicta provincia specialiter astringuntur⁵, constitutiones predecessorum nostrorum super hoc editas innovantes, volumus ac universis et singulis suffraganeis nostris, in virtute sancte obedientie, firmiter dicimus et mandamus quatenus observent constitutiones editas in sacro concilio Terrachone⁶ super⁷ observatione festivitatis beate Tecele virginis⁸ supradicte, videlicet, ut festum beate Tecele virginis et martiris⁹, que .ix. kalendas oc-

14. Segon concili de Bernat d'Olivella, 3 maig 1277. — Sense indicació en II i XIII; "Bernardus in secundo concilio anno Domini m°.cc°.lxx°.vii°", v° kalendas madii" (VI); "Bernardus in secundo concilio Tarracone celebrato v° nonas madii, anno Domini m°.cc°.lxxx°.vii°" (XVIII); els restants quinze manuscrits es limiten a indicar "Bernardus in secundo concilio".

tobris¹⁰ festivari¹¹ intitulatur¹², per suas civitates et dioceses in abstinentia cuiuslibet servilis operis faciant celebrari¹³.

¹ quod] quia G | ² Tarrachone H | ³ est] sit H | ⁴ quod om. H | ⁵ astringantur H | ⁶ Terraconensi V | ⁷ super] sub H | ⁸ virginis] et martiris add. H | ⁹ supradicte videlicet ad usq. et martiris om. H | ¹⁰ octobris] ianuarii H | ¹¹ festivari om. HV | ¹² intitulatur om. V | ¹³ celebrare H.

*15.

XXXVI. *De hiis qui interficiunt¹ vel capiunt episcopum vel alium prelatum²*

Quoniam exempla preterita cavere nos amonent in futurum, idcirco nos Bernardus, miseratione divina Terrachonensis³ archiepiscopus⁴, assistentibus nobis venerabilibus fratribus nostris⁵ Arnaldo Barchinonensi⁶, Raimundo⁷ Vicensi, Petro Urgellensi⁸, Iacobo Oscense, Iasperto⁹ Valentino, Garcia Tirasonensi¹⁰ Bernardo¹¹ Gerundensi, et¹² Guilielmo Ilerdensi episcopis, ac procuratoribus aliorum episcoporum absentium, necnon et capitulorum katedralium ecclesiarum ac collegiarum, et quamplurimis aliis prelati presentibus, sacrosancto Tarrachonense¹³ approbante concilio, statuimus ut quicumque, instigante diabolo, per se vel per alium, interfecerit vel vulneraverit, vel seperit aut percusserint¹⁴ episcopum, omnibus feudis ac¹⁵ rebus et beneficiis universis¹⁶, que ab ecclesiis quibuscumque Terrachonensis¹⁷ provincie tempore sceleris obtinebit, ipso facto perpetuo¹⁸ sit privatus, et pleno iure ecclesiis a quibus predicta obtinuerint¹⁹ applicentur²⁰, nec descendentes ab eodem malefactore, usque ad quartam generationem, ad gradum aliquem clericatus promoveantur, nec beneficii²¹ aliquod²² feudale vel aliud quodlibet in Tarrachonensem²³ provinciam²⁴ assequantur²⁵.

§ Et ne minus vindicte, quam excessus memoria tanti facinoris prorogetur, adicimus²⁶ quod si aliquis episcopus vel²⁷ alius quicumque prelatus aliquem de predictis descendentes ad aliquem ordinem promoveri²⁸ vel aliquod ecclesiasticum beneficium seu quodlibet aliud eidem conferre pressumpserit²⁹, a collatione illius ordinis, quem³⁰

15. Tercer concili de Bernat d'Olivella, 22 març 1283. En realitat tindria de ser quart concili, però com l'anterior no havia deixat obra legislativa ni rastre documental, no ens apartem del còmput corrent en la tradició conciliar tarraconense. El còdex XIII, com acostuma, no fa indicació; tampoc en fa el III, però al final de la darrera constitució d'aquesta sèrie, la clou amb les paraules "datum Tarrachone xi° kalendas aprilis anno Domini m°cc°.lxxx°.ii°. El còdex X, "anno Domini millesimo cc°.lxxx°.((°. Els restants davant la constitució XXXVI posen la rúbrica "Bernardus in tertio concilio"; d'aquests, els I, II, IV, VII, XI, XV, XVIII i XIX posen la mateixa datació final que el III.

scienter contulerit, per biennium sit suspensus, et collatio ipsius³¹ beneficii sit irrita ipso iure, et ea³² vice per proximum superiorem de illo beneficio ordinetur. Si vero aliquem de prelati inferioribus ab³³ episcopis seu³⁴ principalem officialem episcopi vel canonicum ecclesie cathedralis, ausu temerario, quisquam interficere, mutilare, vel capere presumpserit, ipse et filii sui incurrant penam expressam superius³⁵ ipso facto, proviso quod ipsis³⁶ feudis et possessionibus quibuscumque tantummodo sint privati, que ab ecclesiis quarum³⁷ sic leserint quomolibet³⁸ obtinebunt³⁹; hoc salvo quod aliter⁴⁰ super hoc in canonibus continetur.

§ Et prelati qui tales malefactores vel filios eorum ad aliquem ordinem⁴¹ promovere, vel cuicumque tali⁴² beneficium ecclesiasticum conferre presumpserit, a collatione illius ordinis quem scienter contulerit per annum noverit se suspensum, et collatio huiusmodi sit irrita ipso iure et, ea vice, de beneficio⁴³ per superiorem proximum ordinetur. Quicumque autem de⁴⁴ predictis malefactoribus vel filiis suis a quocumque episcopo, scienter vel ignoranter, ordinem receperit, executionem non habeat suscepti ordinis⁴⁵, nec beneficii collatio valeat ut est dictum. Salvis tamen omnibus aliis penis canonicis, quibus per hanc constitutionem nostram⁴⁶ non intendimus in aliquo derogari.

§ Hec autem statuta salubriter per diocesanos⁴⁷ Tarrachonensis⁴⁸ provincie, singulis annis in suis sinodis et diocesibus precipimus publicari; et nichilominus hii qui predictas penas incurrerint in sinodis nuntientur.

Datum Terrachone .xI. kalendas aprilis anno Domini .M^o.cc^o.LXXXII^o 49.

¹ interficiunt] vulnerant *add.* G | ² prelatum] vel officialem episcopi, aut canonicum ecclesie cathedralis *add.* G | ³ Tarrachone H | ⁴ Tarrachonensis archiepiscopus *transp.* V | ⁵ nostris *om.* V | ⁶ Barchinonensi] Barchinone episcopus H | ⁷ Roderico V | ⁸ Urgellensis H | ⁹ Iacberto G; Arberto H | ¹⁰ Tarasone H | ¹¹ Bernardo] Roderico V | ¹² et *om.* V | ¹³ Tarrachone H | ¹⁴ percusserit] aliquem *add.* HV | ¹⁵ ac] et V; ac *om.* H | ¹⁶ universis *om.* V | ¹⁷ Tarrachone H | ¹⁸ perpetuo *om.* H | ¹⁹ obtinuerit GV | ²⁰ et pleno iure *ad usq.* applicentur *om.* H | ²¹ beneficium HV | ²² aliquod] ecclesiasticum *add.* H | ²³ Tarrachone H | ²⁴ Tarraconensis provincie V | ²⁵ assequatur H | ²⁶ adicientes H | ²⁷ vel *om.* H | ²⁸ promoveri H | ²⁹ presumpserit] et *add.* H | ³⁰ que H | ³¹ eiusdem V | ³² ea] ipsa H | ³³ ab *om.* HV | ³⁴ seu] vel V | ³⁵ expressam superius *om.* H; superius expressam *transp.* V | ³⁶ ipsis] illis suis H | ³⁷ quarum] personas *add.* H | ³⁸ modo quolibet H | ³⁹ obtinebant H | ⁴⁰ alias V | ⁴¹ ordinem] ordinere *add.* H | ⁴² tale V; talium H | ⁴³ beneficio] ipso *add.* V | ⁴⁴ de] ex V | ⁴⁵ suscepti ordines *transp.* H | ⁴⁶ nostram *om.* V | ⁴⁷ diocesanos] episcopos *add.* HV | ⁴⁸ Tarrachone H | ⁴⁹ Datum Terrachone .xI. kalendas aprilis anno Domini M^o.cc^o.LXXXII^o *om.* V.

*16.

Rodericus in primo concilio¹ celebrato idus martii anno Domini .M^o.CC.
CX. secundo

XXXVII. De periuriis

Quamvis sit pia² consideratione statutum quod non mereantur³ ecclesias regere qui sunt periuri, crimen⁴ irretiti nec vivere debent de patrimonio Crucifixi quem sic irreverenter et enormiter contempserunt⁵. Attendentes quod nonnulli, antiqui⁶ hostis invidia procurante, in contumeliam Redemptoris et non modicum animarum suarum dispendium temere violant per eos prestita⁷ iuramenta, Nos huic morbo dampnabili et pestifero, quantum possumus competentibus remediis obviare volentes, hac⁸ edita⁹ constitutione sanctimus ut¹⁰ si aliquis¹¹ clericus fame sue prodigus et proprii persecutor honoris, iuramenti religionem spreverit nulla cogente necessitate, si¹² libero arbitrio et voluntate contra iusiurandum a se prestitum putaverit¹³ esse veniendum et de hoc coram suo iudice sit confessus vel legitima probatione convictus, vel aliter¹⁴ de premissis constiterit evidenter penam .xx^{ti}. morabatorum ipso facto se noverit incurrisse, eius ordinario absque remissione aliqua confiscandam; dignum est enim ut quos Dei timor¹⁵ a malo non revocat, temporalis saltem coherceat¹⁶ severitas discipline. Quod si solvendo non fuerint, sic alias reatus talium castigentur¹⁷ quod pena ipsorum ceteris auferat audatiam similia¹⁸ presumendi. Salvis tamen omnibus aliis penis canonicis contra tales editis, quibus per constitutionem presentem non intendimus in aliquo derogari¹⁹.

¹ concilio] Tarracone *add.* H | ² pia sit *transp.* V | ³ meretur E; merentur V | ⁴ crimine HV | ⁵ contempserint GV | ⁶ antiqui *om.* E | ⁷ prestita] a se *add.* V | ⁸ hac *om.* H | ⁹ edita] edictali V | ¹⁰ sanctimus ut] statuimus quod H | ¹¹ aliquis] quis HV | ¹² si] sed HV | ¹³ putaverit] iuraverit H | ¹⁴ alias V | ¹⁵ timor Dei *transp.* H | ¹⁶ saltem coherceat] H | ¹⁷ castigetur H | ¹⁸ similia] H | ¹⁹ derogare H.

XXXVIII. Contra negligentes petere absolutionem

Item cum medicinalis sit excommunicatio, nos mortalis, disciplinam non erradicans dum¹ is in quem lata fuerit non contempnat, hoc consultissimo statuimus edicto, quod si clericus in quocumque ordine constitutus canonicè² fuerit excomunionis³ vinculo innodatus et publice nuntiatus, et negligens in absolutione petenda per sex menses continue

16. Primer concili de Roderic Téllez, 15 març 1292. — Sense cap esment el XIII. "Rodericus in primo concilio Tarracone celebrato idus martii anno a Nativitate Domini millesimo cc^o.xc^o.ii^o, el XVII. Els disset restants... "idus martii anno Domini m^o.cc^o.xc^o.ii^o".

in excommunicatione ipsa contumaciter ex certa scientia perstiterit; quia nil⁴ obedientia prodesse videretur⁵ humilibus, si eiusdem contumacibus non obsesset, si beneficium ecclesiasticum habuerit, penam xx^{ti}. morabatinorum incurrat.

§ Si⁶ beneficiatus non fuerit, penam⁷ .x. morabatinorum prestare cogatur, erario sui ordinarii applicandam.

§ Si vero proprie salutis oblitus⁸, per annum continuum in predicta excommunicationis⁹ sententia perduraverit, faraonico animo¹⁰ dampnabiliter obstinatus, quia crescente contumacia crescere debeat¹¹ et pena, statuimus ut .xl. aureos suo ordinario applicandos solvere teneatur.

§ Si vero ultra annum in¹² excommunicatione perstiterit tamdiu ab officio et omnibus beneficiis que obtinet sit eo ipso suspensus, donec se absolvi fecerit, et postea nichilominus tanto tempore quanto post annum, ut premititur in excommunicatione permansit¹³.

¹ dum] modo *add.* V | ² fuerit canonicè *transp.* H | ³ excommunicatus H; excommunicationis V | ⁴ nisi H; nihil V | ⁵ videtur B | ⁶ si] quod *add.* V | ⁷ morabatinorum incurrat *ad usq.* fuerit penam *om.* H | ⁸ oblitus *om.* H | ⁹ excommunicationis V | ¹⁰ faraonico animo *om.* H | ¹¹ debet V | ¹² in *om.* H | ¹³ permanserit] nec per ordinarium aliter possit absolvi, nec poena predicta remitti, aliter autem absolutio impensa nullius penitus sit momenti *add.* V.

XXXIX. *Contra illos qui ecclesiastica sacramenta ministrant alieno parrochiano*¹

Item² cum ecclesiastica sacramenta sint ministranda per proprium sacerdotem iuxta canonica instituta³, sacri approbatione concilii duximus providendum, quod nullus clericus presumat quodcumque ecclesiasticum sacramentum⁴ alteri parrochiano aliquatenus ministrare, absque licentia proprii rectoris vel⁵ diocesani, vel officialis⁶ eiusdem.

§ Qui vero contrarium temeritate propria, que lege dampnatur, presumpserit attemptare, penam decem morabatinorum diocesano vel ordinario cui subesse dinoscitur solvere compellatur.

§ Volumus tamen⁷ sacramentum babtismi et penitentie morientibus tempore cogentis necessitatis⁸ extreme possit conferri⁹ et dispensari a¹⁰ quolibet sacerdote memorata pena in aliquo non obstante.

¹ Contra illis qui ecclesiastica sacramente ministrant alieno parrochiano] Contra eos qui administrant ecclesiastica sacramenta H | ² Item *om.* V | ³ statuta V | ⁴ sacramentum ecclesiasticum *transp.* H | ⁵ vel] seu V | ⁶ vel officialis vel diocesani *transp.* H | ⁷ tamen] quod H | ⁸ necessitatis cogentis *transp.* HV | ⁹ conferri] disponere H | ¹⁰ al] et H.

XL. *Contra archiepiscopum Tholetanum*¹

Item sacro approbante concilio, statuimus quod si Tholetanus archiepiscopus, vel quicumque alius archiepiscopus, per Tarrachonensem²

provinciam transitum faciens, crucem ante se portari fecerit³ vel pallio usu fuerit, vel indulgentias dederit⁴, que sicut dicitur fuerunt per aliquos temere attemptata, si diocesanus in cuius diocesi talia comittuntur⁵ non se opposuerit, et hec non inhibuerit, quantum⁶ poterit⁷ bono modo sit⁸ ab ingressu ecclesie eo ipso suspensus.

§ Et si aliquis literis indulgentie aliquorum archiepiscoporum in nostra provincia usus fuerit, tanquam falsarius puniatur⁹.

¹Tholloganum H | ²Tarrachone H | ³portaverit H | ⁴vel indulgentias dederit om. H | ⁵comittentur V | ⁶quantum] melius V | ⁷potuerint H | ⁸bono modo sit om. V | ⁹puniatur G.

XLII. De falsis apostolis

Cum quidam qui se dicunt¹ apostolos et religiosos² se fingunt, sint³ suis exigentibus meritis per Sedem Apostolicam excommunicationis⁴ vinculo innodati, et postmodum per orbem vagabundi in multis malis fuerint deprehensi, sintque periculosi homines circa fidem; volumus et etiam ordinamus ut⁵, ubicumque inventi fuerint, capiantur et de tota provincia expellantur.

¹dicunt se *transp.* H | ²religiose H | ³sint] sicut H | ⁴excommunicationis V | ⁵ut om. H.

XLIII. De questoribus

Ne¹ questoribus autem ecclesiarum, hospitalium vel pontium, seu aliis², duximus statuendum quod si nostris vel episcoporum litteris, non recipiantur; et tunc ad predicationem³ non admittantur si⁴ ad⁵ expositione ipsorum tantum que in episcoporum litteris continentur, et si predicare presumpserint capiantur.

¹Ne] De V | ²alium H | ³predicandum H | ⁴si] sed HV | ⁵ad] de H.

*17.

Rodericus in secundo concilio

XLIII. Ne clerici trahantur ad iudicium seculare

Habet tamen¹ de iure canonico² quam civili³ libertatis⁴ ecclesiastice privilegium, ut clericus in causa⁵ civili aut⁶ criminali volens etiam⁷

17. Segon concili de Roderic Téllez, Lleida 1 agost 1293. — No fan cap indicació de les tres constitucions que segueixen I, IV, XII i XIII. “Rodericus in secundo concilio anno m°.cc°.xc°.iii°”, en còdex VI. “Secundum consilium domini Roderici”, en IX i XIV. Els dotze restants, “Rodericus in secundo concilio”.

et consentiens nequaquam valeat coram seculari iudice conveniri presumunt⁸ tamen alicubi in provincia Tarrachone⁹ clerici et laici, clericos super violentiis et iniuriis et, quod est absurdius, super decimis, ad seculare iudicium¹⁰ trahere, ac temere evocare. Iudices etiam¹¹ seculares falcem in alienam segetem inmittentes¹², de causis huiusmodi inter clericos cognoscentes, captis pignoribus¹³, ac multa¹⁴ indicta cogunt clericos sic conventos et per ipsos sententialiter condemnatos satisfacere, fori exceptione¹⁵ declinande iurisdictionis¹⁶ aliquatenus¹⁷ non admissa.

§ Unde, cum predicta¹⁸ in preiudicium vergant¹⁹ ecclesiastice libertatis, idcirco nos Rodericus, permissione divina sancte Tarrachonensis²⁰ ecclesie archiepiscopus, sacro approbante concilio²¹, statuimus et sancimus²² ut clericus aut laicus qui in criminalibus aut quibuscumque²³ temporalibus aut spiritualibus clericum evocaverit²⁴ coram iudice seculari, eo ipso sententiam excommunicationis incurrat; ac²⁵ nichilominus clericus actione²⁶ sic temere attemptata²⁷ amittat.

§ Sententias quoque²⁸ predictas, tanquam a²⁹ non³⁰ competenti iudice latas, decernimus viribus penitus vacuatas, consuetudine aliqua³¹ que³² corruptela debet veracius nuncupari in contrarium non obstante.

¹ tamen] tam V | ² canonico om. H | ³ civili] quam de facto H | ⁴ libertas V | ⁵ causa a add. H | ⁶ aut] nec H; aut] et V | ⁷ etiam om. H | ⁸ presumant H | ⁹ Tarraconensi V | ¹⁰ iudicium seculare transp. H | ¹¹ etiam] et H | ¹² mittentes V | ¹³ pignoribus] in generis H | ¹⁴ multa G | ¹⁵ exceptione] prescriptione H | ¹⁶ declinande iurisdictionis] declinatoria proposita V | ¹⁷ aliquatenus om. V | ¹⁸ predicta] predicti faciunt H | ¹⁹ vergant] non modicum add. HV | ²⁰ Tarrachone H | ²¹ approbante sacro concilio transp. V | ²² sancimus H | ²³ quibuscumque] quibuslibet G; quibuscumque] civilibus HV | ²⁴ vocaverit V | ²⁵ ac] et H | ²⁶ actionem HV | ²⁷ attemptata] intentatam V | ²⁸ quoque] vero V | ²⁹ a om. H | ³⁰ non] suo add. V | ³¹ aliqua] quavis V | ³² que] in H.

XLIV. De decimis

Sacra scriptura¹ patrumque decreta sancxerunt a cunctis fidelibus Deo² et eius ministris decimas integre³ et⁴ libere persolvendas; habet tamen⁵ quorundam abusus quorum dominus⁶ venter est, ut cum decimas ad granarium⁷ ecclesie defferunt sicut debent, comestiones seu prandia exigunt hac de⁸ causa, et quod semel⁹ una die possent¹⁰ ad granarium ecclesie apportare, per multas vices multosque dies decimas¹¹ minutatim defferunt, ut¹² singulis vicibus reficiantur a rectoribus et cibentur.

§ Cumque hoc in detrimentum et diminutionem iurium et¹³ decimarium non sit dubium redundare¹⁴, ideo nos Rodericus et cetera¹⁵, approbante sacro concilio hoc fieri prohibemus, consuetudine aliqua¹⁶ que iure divino est¹⁷ contraria non obstante.

§ Si quis¹⁸ vero contra prohibitionem nostram huiusmodi peccuniam¹⁹ comestiones et²⁰ prandia exegerit, ex hac causa²¹ seu propter hoc partem decime substraxerit²², retinuerit vel retinere²³ fecerit, et

monitus per rectorem infra .x. dies non satisfecerit²⁴, auctoritate presentis constitutionis, excommunicationis²⁵ sententia²⁶ procellatur.

¹ Scriptura Sacra *transp.* V | ² Deo] de eo H | ³ integras H | ⁴ et] ac H | ⁵ tamen] causam H | ⁶ dominus] Deus HV | ⁷ granerium H | ⁸ de *om.* H | ⁹ semell seu *add.* HV | ¹⁰ possunt H | ¹¹ multosque dies decimas *om.* H | ¹² ut *om.* H | ¹³ et *om.* GHV | ¹⁴ redundera H | ¹⁵ et cetera] permissione divina sanctae Tarraconensis ecclesiae archiepiscopus V | ¹⁶ aliqua] quavis V | ¹⁷ que iuri divino est *transp.* V | ¹⁸ quod H | ¹⁹ pecuniam *om.* V | ²⁰ et *om.* V | ²¹ ex hac causa exegerit *transp.* HV | ²² substraxerit] et *add.* V | ²³ retineri GV; retinere *om.* H | ²⁴ satisfecerint H | ²⁵ excommunicationis V | ²⁶ sententia] poena V.

XLV. De novalibus et terris sarracenorum

Licet in dubium verti non debeat¹, quod² sacris canonibus est statutum, quidam cum³ captantes⁴ ignorantiam affectatam⁵, vertunt in dubium, utrum⁶ de fructibus novalium, que sarraceni in montibus aut in terris dominorum christianorum faciunt, decimam ipsi sarraceni⁷ ecclesiis solvere teneantur. Unde nos Rodericus⁸ et cetera⁹, dubitationis huiusmodi materiam amputantes, sacro approbante concilio, declarando¹⁰ decernimus sarracenos quoscumque de predictis novalibus decimas et primitias debere ecclesie integre solvere¹¹, sicut de fructibus aliarum possessionum que fuerunt christianorum, et ad¹² culturam eorundem sarracenorum postmodum pervenerint¹³, presertim cum de gregibus, qui in montibus et terris huiusmodi pascebantur¹⁴, antequam ad culturam novalium redigerentur, ab ipsis decime et primitie ecclesiis solverentur, cum res eadem propter diversitatem fructuum non debeat quoad prestationem decime, diverso iure censi.

¹ debeat H | ² quo] *add.* H | ³ cum] tamen V | ⁴ captantes] temptantes H | ⁵ affectanter H | ⁶ utramque H | ⁷ ipsi sarraceni *om.* V | ⁸ Rodericus] permissione divina sanctae Tarraconensis ecclesiae archiepiscopus *add.* V | ⁹ et cetera *om.* H | ¹⁰ declarando *om.* H | ¹¹ solvere integre *transp.* H | ¹² ad] ut *add.* H | ¹³ pervenerunt H | ¹⁴ pascebatur.

*18.

Rodericus in tertio concilio celebrato tertio idus augusti, anno Domini .M^o.CC.XC.III.

XLVI. De immunitate ecclesiarum¹

Quorundam oculos sic² excecatur ambitio, ut temporalibus comodis inhiantes, plus temporali magestati quam eterne placere volentes³, libertatem et immunitatem⁴ ecclesiasticam, quam ipsi defendere tenen-

18. Tercer concili de Roderic Téllez, Lleida 11 agost 1294. — Ometen la rúbrica els còdexs X i XIII. "Rodericus in tertio concilio celebrato", en I; "Tertium concilium domini Roderici, iiii^o idus augusti m^o.ccc^o.xc^o quarto", en IX i XIV. "Rodericus in tertio concilio celebrato, tertio idus augusti m^o.cc^o.iiii^o", els catorze restants. La constitució L correspon al concili següent.

tur⁵ ledere ac minuere moliantur⁶ inflammando principes et potestates seculares et⁷ universitates locorum, sive⁸ rectores eorum, eiusque⁹ impendendo concilium¹⁰ et patrocinium, necnon ecclesiarum a quibus beneficia recipiunt, exhibendo et tradendo instrumenta et alia documenta contra ipsas personas ecclesiasticas, ac¹¹ ipsorum¹² homines et bona¹³, privilegia et etiam libertates. Et idcirco cupientes ut ecclesie in plenitudine iuris sui et libertatis integritate letentur, ac detestabilis malignorum audacia et insolentium nepharia temeritas¹⁴ propulsetur¹⁵, sacri¹⁶ approbante¹⁷ concilii¹⁸, statuimus ut quicumque prelati ecclesiastici¹⁹ vel persone religiose vel secularis²⁰ quorumcumque ordinum conditionis²¹ status existant, palam vel occulte, principes vel seculares potestates, vel universitates locorum aut²² rectores eorum, inflamaverit²³ vel eis concilium vel patrocinium scienter dederit²⁴, vel ecclesiarum in quibus beneficia obtinent, absque expressus²⁵ consensu²⁶ sui prelati et capituli vel conventus exhibuerint, vel alias tradiderint instrumenta vel alia documenta contra ipsas ecclesias, monasteria vel loca religiosa aut iura vel bona vel²⁷ privilegia immunitates earum²⁸ vel libertates, in excommunicationis²⁹ sententia³⁰ incidant ipso facto.

§ Et nichilominus beneficiis que habuerint in ecclesiis vel locis que sic, scienter vel fraudulenter, leserint, perpetuo sint privati.

§ Et ut predictorum³¹ maliciis obvietur, et ecclesie debitis serviciis non fraudentur, ac vagandi et dissolutionis materia substrahatur, statuimus ne aliqua dictarum³² personarum ecclesiasticarum que in sacris ordinibus sit vel fuerit constituta, vel beneficium ecclesiasticum obtinens vel religiosa, presumat sequi continue vel quasi continue³³ aliquam curiam secularem, sic quod sit³⁴ de familia sua vel victum seu dispendium³⁵ recipiat eadem, nisi sui prelati vel superioris³⁶ consilio et assensu sui capituli seu³⁷ conventus, vel maioris partis eiusdem, licentia prius habita et obtenta.

§ Si quis vero horum temerarius violator³⁸ extiterit, excommunicationis³⁹ sententiam incurrat ipso facto.

§ Episcopus⁴⁰ vero, propter prerogativam pontificalis officii ligari nolumus hac sententia⁴¹ superius ultimo⁴² lata, sed nichilominus a nobis archiepiscopo vel successoribus nostris super hiis petere licentiam teneantur.

¹ ecclesiarum] et ne prelati inflament ne sequantur cum principes et cetera *add.* G | ² sic] ita V | ³ volentes] studentes GHV | ⁴ et immunitatem *om.* H | ⁵ tenetur deffendere *transp.* V | ⁶ moliantur V | ⁷ et] ac V; et *om.* H | ⁸ sive] seu V | ⁹ eiusque H; eisdemque V | ¹⁰ consilium HV | ¹¹ ac *om.* H | ¹² ipsarum V | ¹³ bona] ac *add.* V | ¹⁴ temeritas nepharia *transp.* V | ¹⁵ propulsetur GVH | ¹⁶ sacro V | ¹⁷ approbatione H | ¹⁸ consilio V | ¹⁹ ecclesiastici *om.* H | ²⁰ seculares HV | ²¹ conditionis] seu *add.* V | ²² aut] ut H | ²³ inflamaverint GVH | ²⁴ dederint GHV | ²⁵ expresso HV | ²⁶ assensu H | ²⁷ vel] aut V | ²⁸ eorum HV | ²⁹ excommunicationis V | ³⁰ sententiam GHV | ³¹ predictorum *om.* V | ³² dictarum HV | ³³ vel quasi continue *om.* H | ³⁴ quod sit] prosit H | ³⁵ stipendium GV | ³⁶ superioris] cum *add.* H | ³⁷ sui capituli seu *om.* H | ³⁸ violator *om.* H | ³⁹ excommunicationis V | ⁴⁰ episcopum V | ⁴¹ sententiam hac *transp.* H | ⁴² superius ultimo *om.* V.

XLVII. *De invasoribus*

Sollicitat cura suscepti regimini, ut utilitatibus subiectorum nunc novarum constitutionum editione, nunc antiquarum innovatione providere curemus. Sane ¹ constitutiones sacrorum conciliorum Tarrachone ² edite contra raptos et invasores personarum et rerum ecclesiasticarum et ³ religiosorum et hominum eorundem, ex quibus impiorum audacia coercetur et bona ecclesiastica conservantur, propter quorundam abusum et negligentiam debitum non sortiantur ⁴ effectum. Cum nonnulli trepidantes ubi trepidandum non est, cum requiruntur per locorum ordinarios in quorum diocesi rapina vel violentia est comissa, ut predictas constitutiones debeant observare, subtiliter causa diffugii nituntur indagare et inquirere an predictae ⁵ constitutiones vendicent sibi locum, in hiis partes iudicis, cum potius ⁶ ut meri executores deberent procedere, asumentes. Et idcirco quia parum prodesset ⁷ iura condere ⁸, nisi esset ⁹ qui ea tueretur ¹⁰, predictas constitutiones approbantes et confirmantes, sacro approbante concilio statuimus quod quaecumque aliquis episcopus ¹¹ vel eius officialis, vel vices ¹² gerentem ¹³ nostre provincie, qui per litteras suas ¹⁴ significaverit se servare constitutiones predictas contra illum contra quem petitur ipsas ¹⁵ constitutiones servari ¹⁶ fuerit requisitus, et ¹⁷ denuntiet ipsum excommunicatum iuxta memoratas eas servet et faciat observari. Et talem ¹⁸ mandet denuntiari excommunicatum ipsas ¹⁹ constitutiones, sine aliqua cognitione et ²⁰ inquisitione, statim vel infra triduum, die ²¹ qua talis requisitio facta fuerit minime computata, si infra ²² diocesi requisitus presens fuerit, vel in ²³ loco quo ²⁴ infra dictum tempus hoc valeat adimplere alias quam cito comode ²⁵ poterit, considerata locorum distantia, observet et mandet observari, omni exceptione et appellacione ²⁶ cessante.

§ Quod si premisa ²⁷ contempserit, ut predicatur, adimplere, tamdiu ingressum ecclesie sibi noverit interdictum, donec ipsas constitutiones observet ²⁸ et mandet observari.

§ Ex quo autem predictas ²⁹ constitutiones fecerit vel mandaverit observari, ex tunc ipso facto interdictum, absque relaxatione aliqua ³⁰, penitus sit sublatum ³¹.

§ Hoc autem ³² proviso ³³ quod, iuris ordinem, non servatum processus per ordinarium vel eius officialem habitus, seu facta denuntiatio nullatenus revocetur, cum multis crassantibus ³⁴ opus sit exemplo, iuxta canonicas et legitimas sanctiones.

§ Item quia non est ferendum qui lucrum amplectitur onus autem subire recusat, sacro approbante concilio, statuimus omnes personas cuiuscumque status vel conditionis existant, que ex prefatis constitutionibus comodum recipiant ³⁵ subiicere et etiam ³⁶ subiectas ipsis constitutionibus, si delinquerint in hiis que in ipsis ³⁷ constitutionibus continentur.

§ Et contra tales personas, iuxta tenorem ipsarum constitutionum, esse rigide procedendum. Salvis constitutionibus sacrorum conciliorum Tarrachone in favorem³⁸ episcoporum factis³⁹, quibus cautum est quod episcopi huiusmodi constitutionibus contra raptores et invasores rerum ecclesiasticarum editis non ligentur.

¹ Sane] cum *add.* H | ² Tarraconensium V | ³ et *om.* V | ⁴ sortiuntur HV | ⁵ predictae] prefatae V | ⁶ poscius H | ⁷ prodesse] est V; essent H | ⁸ condere iura *transp.* V | ⁹ sint V | ¹⁰ tueantur V | ¹¹ aliquis episcopus] archiepiscopus H | ¹² vicem V; vices] eius *add.* GH | ¹³ gerens HV; gerentem] et per nos vel officialem nostrum vel per alium episcopum vel eius officialem set eius etiam vices gerentem *add.* GV | ¹⁴ suas litteras *transp.* V | ¹⁵ contra illum contra quam petitur ipsas *om.* H | ¹⁶ observari H | ¹⁷ et] ut V | ¹⁸ talem] ut in ecclesia *add.* V | ¹⁹ eas servet et faciat observari; et talem mandet denunciari excommunicatum ipsas *om.* H | ²⁰ et *om.* H | ²¹ dierum H | ²² infra] in sua V | ²³ in *om.* H | ²⁴ quo] ut V | ²⁵ comode] fieri *add.* HV | ²⁶ appellatione et exceptione *transp.* HV | ²⁷ premissa] predicta V | ²⁸ observent H | ²⁹ dictus H | ³⁰ alia H | ³¹ ablatum V | ³² autem] etiam H | ³³ provisio H | ³⁴ grassantibus V; transeuntibus H | ³⁵ recipiunt V | ³⁶ etiam] esse GHV | ³⁷ ipsis] hiis H | ³⁸ favore H | ³⁹ factis] a *add.* H.

XLVIII. *Contra interficientes prelatos¹, canonicos, templarios, hospitalarios et invadentes loca religiosorum²*

Officii nostri debitum³ circa dispendia, que per nonnullos ecclesiis⁴ et eorum hominibus ac rebus indebite inferunt⁵, deliberatione provida exequentes⁶ salubris remedii appositione, talium temeritatem⁷ duximus prescindendam. Et idcirco sacri aprobante⁸ concilii confirmantes omnes constitutiones per predecesores nostros editas, et specialiter contra raptores et invasores personarum et rerum ecclesiasticarum, addendo eisdem, statuimus quod quicumque de cetero in⁹ canonicum ecclesie cathedralis vel prelatum¹⁰ ecclesie collegiate vel clericum qui vocem habeat in comunibus tractatibus capituli ecclesie cathedralis, vel in commendatorem ordinis Militie¹¹ Templi vel Hospitalis sancti Iohannis Ierosolomitani, manus iniecerit temere violentias¹², vel terram¹³ vel loca predictorum¹⁴ ecclesiarum, vel templariorum vel¹⁵ hospitaliorum, vel aliorum¹⁶ locorum religiosorum cum exercitu invaserit¹⁷, arbores scindendo¹⁸ vel talando, aut ignem immitendo¹⁹, aut grave dampnum alias irrogando²⁰, preter sententiam excommunicationis²¹, quam ex tali delicto se noverit incurrisse, et ultra alias penas contra tales statutas ubicumque ipse fuerit, cessetur penitus a divinis.

§ Et quicumque cum exercitu terram prelatorum, vel ecclesiarum vel locorum religiosorum invaserint, ut est dictum, et moniti infra mensem non satisfecerint, omnibus feudis que ab ecclesiis vel personis aut locis religiosis tenebunt que sic²² leserint perpetuo sint privati. Salvis

omnibus aliis penis contra tales statutis, quibus per hanc constitutionem non intendimus in aliquo derogari²³.

¹ prelatos ecclesie collegiate, seu clericos capitulares ecclesie cathedralis *add.* *al. man.* G | ² Contra raptos e invadentes hospitalarii et alia loca religiosa H | ³ debitum om. H | ⁴ ecclesiis et personis ecclesiasticis *add.* HV | ⁵ inferuntur H; afferuntur V | ⁶ exigentes HV | ⁷ temeritate H | ⁸ approbatione HV | ⁹ in om. H | ¹⁰ prelatum vel *add.* D | ¹¹ Militie om. H | ¹² violentas HV | ¹³ terras V | ¹⁴ predictarum prelatorum HV | ¹⁵ vel] aut GHV | ¹⁶ aliorum HV | ¹⁷ invaserint H | ¹⁸ cedendo H | ¹⁹ immiscendo H | ²⁰ irrogandum | ²¹ excommunicationis V | ²² sic] si H | ²³ derogare V.

XLIX. De merendis seu¹ beuragiis

In nonnullis tarrachonense provincie diocesibus et ecclesiis, sic avida gulositas quorundam laicorum animos exceccavit quod² certis anni temporibus, parrochiani dictarum ecclesiarum³, abbatibus, vicariis seu rectoribus earundem⁴ certa prandia, comestiones, pastus, potationes seu beuragia⁵ exigere⁶ quasi ex debito non formidant⁷ et ipsos rectores, vicarios, seu abbates ad ea⁸ iuxta abusum huiusmodi exhibenda, per subtractionem vel⁹ retentionem¹⁰ decimarum et aliorum iurium ecclesiasticorum irreverenter et¹¹ alias¹² inverecunde compellere non ventur¹³.

§ Aliqui etiam ex laicis supradictis, una die cuiuslibet septimane, quasi ex debito, volunt comedere cum rectoribus¹⁴, vicario seu abbate et, ultra comestionem, habere et exigere aliquam pecuniam ab¹⁵ eisdem, ita per totum anni circulum continue facientes, quousque omnes parrochiani cum eis comederint, et certum quid habuerint ab eisdem, postque¹⁶ inchoant et repetunt illud idem.

§ Suntque alii laici ex predictis qui sollempnibus diebus Natalis Domini, Pasche et¹⁷ Pentecostes¹⁸ immediate post comunionem et¹⁹ receptionem sacraati Corporis Ihesuchristi, quod ex²⁰ humilitate et devote recipere tenentur, et aliquibus²¹ anni temporibus, quasi ex debito, exigunt improbe ab ecclesiis abbatibus, vicariis, seu rectoribus vinum certum, ex abusu huiusmodi vel etiam iuxta votum²²; adeo quod²³ interdum .x.cem vel .xv.cim²⁴ onera in potationibus huiusmodi expenduntur, propter que²⁵ ingurgitationes, ebrietates et comestiones²⁶ indebite committuntur et multociens vomitus²⁷ et vulnera sunt hactenus subsecuta.

§ Et²⁸ plurimi insuper, ex aliis antedictis, tempore quo decimarum et²⁹ primitiarum granaria dividuntur, non permittunt per illos ad quos dicte decime et primitie bladi pertinent, portari libere dictum bladum suis propriis animalibus vel etiam alienis, ut pro apportaturis prefati bladi in duplo vel triplo quam aliis³⁰ qui³¹ portarent necessario eis detur.

§ Nonnulli etiam qui, iuxta locorum³² consuetudinem³³ ad orrea

ecclesiarum bladum decimarum et primitiarum defferunt et die qua portant, cibantur³⁴ ab ecclesiis³⁵, vicariis seu rectoribus earundem per multas vices multosque dies, excogitata malitia defferunt minutatim, quod³⁶ portare poterant una³⁷ die, ut singulis diebus et vicibus reficiantur ab ipsis ecclesiis et eorum³⁸ rectoribus ac cibentur, constitutione nostra³⁹ que hoc prohibet non obstante⁴⁰.

§ Alii vero laici, cum subsidia ex certis causis portionariis, vicariis seu clericis⁴¹ ipsorum laicorum consaguineis, affinibus seu amicis, per locorum ordinarios, vel nuntios, seu legatos Sedis Apostolice imponuntur, vel cum ipsis porcionariis, vicariis seu clericis beneficiatis in ecclesiis prelibatis, per ipsos rectores seu abbates vel eorum gerentes vices, ex eo quia⁴² servitium ecclesie non faciunt ut tenentur, vel alia causa iusta, licita⁴³ et honesta, interdum ad tempus suorum beneficiorum fructus forcitan⁴⁴ substrahuntur ad requisitionem suasionem seu nutum huiusmodi clericorum, occulte⁴⁵ retinent sibi decimas et alia iura ecclesiastica et portionariis seu clericis memoratis tribuunt propter quod necligentia dictorum portionariorum clericorum et⁴⁶ aliorum circa divinum officium remanent⁴⁷ impunita; et⁴⁸ de alieno solvunt⁴⁹ quod de suo proprio solvere tenebantur, et dicti laici nichilominus participes sunt in furto⁵⁰, allegantes omnes predicti et singuli, ad excusandas excusationes in peccatis, quod consuetudine observant⁵¹ atque usus.

§ Nos igitur volentes, ex debito nostri officii, ecclesiarum indemnitatibus providere, ac malitiis usurpationibus et morbis⁵² huiusmodi obviare, sacro concilio approbante⁵³ statuimus⁵⁴ ut⁵⁵ consuetudines, observantias⁵⁶ atque usus⁵⁷, corruptelas et⁵⁸ abusus penitus reputantes, ac etiam iudicantes predicta omnia et singula deinceps omnino fieri prohibemus, cum non sit dubium ea esse contra bonos mores et canonicas sanctiones et in gravamen iurium ecclesiarum et ecclesiastice libertatis.

§ Et nichilominus quia parum prodest⁵⁹ proficit iura condere, nisi pena transgresoribus imponatur, in omnes et singulos laicos qui predicta prandia, comestiones seu pastus, potationes seu⁶⁰ beuragia⁶¹, et alia predicta seu aliqua de⁶² eisdem exegerint cum effectum, et qui occasionibus memoratis vel aliqua earundem de decimis⁶³, primitiis vel aliis iuribus ecclesiasticis aliquid⁶⁴ scienter retinuerint⁶⁵, vel per alios procuraverint seu mandaverint, aut consenserint retineri, excommunicationis sententiam promulgamus.

§ In locis vero in quibus universitates in hiis culpabiles⁶⁶ extiterint⁶⁷, cesetur penitus a divinis sub pena excommunicationis abbatibus, rectoribus, vicariis, et aliis ecclesiasticis personis, indicentes⁶⁸ et prohibentes⁶⁹ expresse quod dictis laicis, vel eorum alicui comestiones et pastus, potationes et beuragia⁷⁰ vel aliquid aliud ex causis seu occasionibus supradictis non dent nec dari faciant vel permittant si alias penas canonicas voluerint evitare.

¹merendis seu om. H | ²quod] ut V | ³ecclesiarum] ab add. V | ⁴eorundem H | ⁵beuragia H | ⁶exigere om. H | ⁷formident V | ⁸eo] ipsos add. H |

⁹ vel] et V | ¹⁰ retentionem] retractionem H | ¹¹ et] vel V | ¹² irreverenter et alias om. H | ¹³ vereantur V | ¹⁴ rectore HV | ¹⁵ ab] ex V | ¹⁶ posteaque V | ¹⁷ et om. H | ¹⁸ Pentecostem H | ¹⁹ comunionem et om. H | ²⁰ quod ex] eo cum H; quod] cum V | ²¹ aliquibus] aliis add. V | ²² notum H | ²³ quod] ut V | ²⁴ XV cim] vel add. H | ²⁵ que om. H | ²⁶ comessationibus H | ²⁷ vomitus] mortes V | ²⁸ Et] quam H | ²⁹ et] ac H | ³⁰ alii HV | ³¹ qui om. V | ³² locorum] laycorum HV | ³³ consuetudines H | ³⁴ bibantur V | ³⁵ ecclesiarum H | ³⁶ quod] quas HV | ³⁷ uno V | ³⁸ earum V; ecclesiis et eorum om. H | ³⁹ nostra] que incipit Scriptura Sacra add. V | ⁴⁰ que hoc prohibet non obstante] hoc prohibente V | ⁴¹ clericis] beneficiatis in ipsis ecclesiis add. V | ⁴² quia] quod V | ⁴³ licita iusta transp. V | ⁴⁴ forsitan GHV | ⁴⁵ occulte] ecclesie H | ⁴⁶ et] vel H | ⁴⁷ remanet HV | ⁴⁸ et] cum V | ⁴⁹ solvuntur H; solvant V | ⁵⁰ in furto] furti V | ⁵¹ observent H | ⁵² moribus H | ⁵³ approbante concilio transp. HV | ⁵⁴ statuimus om. V | ⁵⁵ ut] et G | ⁵⁶ observationes V | ⁵⁷ abusus H | ⁵⁸ et] atque H | ⁵⁹ prodest] vel add. H | ⁶⁰ seu] alia add. V | ⁶¹ abeuratgia H | ⁶² de] ex H | ⁶³ decimis] et add. V | ⁶⁴ aliquid] sibi add. HV | ⁶⁵ retinuerint scienter transp. V | ⁶⁶ culpabilis H | ⁶⁷ extiterit H | ⁶⁸ interdicens V; interdicens H | ⁶⁹ prohibendo V; et prohibentes om. H | ⁷⁰ beuratgia H.

Quod in cessationibus a divinis servetur constitutio "Alma Mater"

L. Item cum in quibusdam constitutionibus sacrorum conciliorum Tarrachonensium¹ sit cautum quod, in certis casibus, debeat cessari penitus a divinis, sacri approbatione concilii², declaramus predictam cessationem debere fieri prout tempore generalis interdicti, per constitutionem³ sanctissimi patris et⁴ domini Bonifacii pape octavi, que incipit *Alma mater* et per alias constitutiones canonicas est statutum.

*19.

LI. *Contra celantes instrumenta ecclesie Tarrachone*

Quoniam pontificalem decet¹ solertiam rerum ecclesiasticarum² ita curam³ gerere et subiectorum comoda investigare, ut ecclesiastica libertas incorrupta perssistat, et singulorum status pariter⁴ servetur illisus. Idcirco nos Rodericus divina miseratione sancte Tarrachonensis ecclesie archiepiscopus⁵, in prefata ecclesie sacrum provinciale concilium⁶ celebrantes⁷, callidis quorundam maxinationibus⁸ obviantes, qui privilegia, instrumenta et alia ecclesiastica munimenta ad nos et⁹ nostram Tarrachonensem ecclesiam¹⁰ pertinentia reddere et restituere contradicunt, sacri approbante¹¹ consilii, statuimus quod quecumque persona religiosa vel secularis, cuiuscumque gradus seu conditionis exis-

19. Quart concili de Roderic Téllez, 22 febrer 1306. — Omet la rúbrica XIII; "Rodericus in quarto concilio, anno Domini", deixant en blanc la data, en I; "Rodericus in quarto concilio Tarrachone, viii^o kalendas martii anno Domini m^o.ccc^o.v^o", en els restants còdexs, excepte el VII, que diu "ydu martii". Tots avantposen la rúbrica a la constitució L, quan correctament corresponia fer-ho a la LI.

tant¹², de cetero fraudulenter celare vel subprimere presumpserit huiusmodi privilegia instrumenta vel aliqua¹³ ecclesiastica¹⁴ munimenta¹⁵, infra spatium .xv^{im}. dierum postquam sciverit ea, ad nos et nostram Tarrachonensem¹⁶ eclesiam pertinere, ea nobis reddere seu restituere malitiose contempserit¹⁷, excommunicationis incurrat sententiam¹⁸ ipso facto, a quo absolvi non possit¹⁹ nisi prius satisfecerit²⁰ de predictis.

¹decet] debet H | ²ecclesiarum HV | ³ita curam] solertiam H | ⁴pariter] iugiter V | ⁵divinam miserationem ad usq. archiepiscopus] et cetera H | ⁶concilium provinciale *transp.* HV | ⁷celebrantes] et *add.* V | ⁸machinationibus V | ⁹et *om.* H | ¹⁰ecclesiam Tarrachonensem *transp.* V; ecclesiam Tarrachone H | ¹¹approbatione V | ¹²existat HV | ¹³alia HV | ¹⁴ecclesiastica] sacramente *add.* H | ¹⁵munimenta] et *add.* HV | ¹⁶Tarrachone H | ¹⁷contempserint malitiose *transp.* H | ¹⁸sententiam incurrant HV | ¹⁹possui H | ²⁰satisfecerint H.

LII. *Quod abbates¹, priores et alii prelati ecclesiarum collegiatarum provincie Tarrachone² veniant ad concilium*

Item cum aliqui abbates, priores³ et alii prelati collegiatarum ecclesiarum nostre provincie Tarrachone non venerint ad presens concilium, licet per nostras litteras⁴ mandatum fuerit venerabilibus fratribus episcopis suffraganeis nostris quod⁵ predictis abbatibus, prioribus et prelati precipere⁶ ut ad presens concilium⁷ venirent. Idcirco precipimus prefatis episcopis, in virtute sancte obedientie, quatenus decetero predictos abbates, priores et prelatos in suis diocesibus constitutos compellant venire ad alia concilia que per nos vel successores nostros celebranda fuerint Domino annuente.

§ Illos vero qui ad predicta concilia non venerint, iuvari volumus constitutionibus que⁸ in predictis conciliis fuerint celebrate⁹, nisi quod¹⁰ venire non¹¹ possint impedimentis canonicis fuerint impediti, vel iustas causas hostenderint, quibus ad predicta¹² concilia minime teneantur.

Contradixerunt episcopus Gerundensis et procuratores capituli Gerundensis, asserentes predictos¹³ non teneri venire de iure vel consuetudine ad concilium supradictum.

¹abbates] ne *add.* H | ²et alii prelati ad usq. Tarrachone *om.* H | ³priores *om.* H | ⁴litteras nostras *transp.* H | ⁵quod] ut V | ⁶precipient H | ⁷concilium praesens *transp.* V | ⁸que *om.* H | ⁹fuerint celebrate] promulgatis H | ¹⁰quod quominus V | ¹¹non *om.* V | ¹²predicta] dicta H | ¹³predictos] abbates *add.* H.

LIII. *De¹ usurpantibus iurisdictione episcoporum*

Item cum nonnulli abbates et prelati provincie Tarrachone² usurpando iurisdictionem episcoporum provincie Tarrachonensis³ clericos ordinandos presentent⁴ per suas litteras aliis⁵ episcopis, episcoporum⁶

ad quos pertinet dictorum clericorum ordinatio licentia minime requisita, cognoscant etiam seu ⁷ cognosci faciant de causis matrimonialibus in civitatibus et diocesis predictorum episcoporum et alias usurpent ⁸ ipsorum episcoporum iurisdictionem aliaque ⁹ faciant que ad pontificalem ordinem ¹⁰ pertinere noscuntur, mandamus universis episcopis suffraganeis nostris quod ad presentationem dictorum abbatum vel inferiorum prelatorum nullum clericum ordinent donec fidem fecerint quod ex privilegio Sedis Apostolice hoc sibi specialiter sit indultum et quod sententias excommunicationis ¹¹ per ipsos ¹² episcopos vel eorum officiales latas et ferendas contra impediens ¹³ iurisdictionem ipsorum ¹⁴ episcoporum ¹⁵ observent et faciant inviolabiliter observari.

¹ De abbatibus *add.* H | ² Tarraconensis V | ³ Tarrachone G | ⁴ presentat H | ⁵ alias H | ⁶ episcoporum ipsorum H; ipsorum episcoporum *transp.* V | ⁷ seul et H; vel V | ⁸ usurpant H | ⁹ aliquam H | ¹⁰ ordenationem pontificalem H; ordinem episcopalem *transp.* V | ¹¹ excommunicationis V | ¹² per] se *add.* H | ¹³ impediens] ut usurpantes *add.* HV | ¹⁴ ipsorum *om.* H | ¹⁵ episcoporum ipsorum *transp.* V.

LIV. De executionibus testamentorum

Periculose necligentie perverseque heredum malicie, defunctorum et eorundem ultimarum voluntatum executorum occurrere cupientes, et ut pie voluntates defunctorum effectum debitum sortiantur, nos Rodericus, divina miseratione sancte Tarrachonensis ecclesie archiepiscopus ¹, sacro aprobante concilio, statuimus ut tam nos et sucessores nostri ² quam venerabiles fratres ³ episcopi provincia Tarrachone ⁴ et eorum successores, visitationis ⁵ officii ⁶ exercentes, vel ⁷ quandocumque nobis vel ⁸ eis videbitur expedire, possimus maxime super executoribus testamentorum, et potissime circa relictas ⁹ ad pias causas, inquirere et procedere ex mero et puro officio, absque libelli oblatione et litis contestatione, et absque strepitu et figura iudicii, simpliciter et de plano, ipsa que negocia veritate cognita decedentes ¹⁰ voluntates ultimas defunctorum executioni debite demandare, cum nil tam hominibus debeatur quam ut extreme voluntatis liber sit stilus et libere quod postea non redit ¹¹ arbitrium. Eademque forma possit ¹² servari super usurarum restitutionem ¹³ faciendam ¹⁴. Et licet ¹⁵ hec fuissent iam a iure permissa, volumus quod presens statutum non tantum futura negotia, seu etiam ¹⁶ preterita et adhuc ¹⁷ pendentia amplectatur.

¹ divina miseratione *ad usq.* archiepiscopus *om.* H | ² nostros H | ³ nostri V | ⁴ Tarraconensis V | ⁵ visitationes V | ⁶ officium HV | ⁷ vel] et alias HV | ⁸ vel] et V | ⁹ relictas H | ¹⁰ decedentes H | ¹¹ reddat H | ¹² possit forma *transp.* H | ¹³ restitutionis HV | ¹⁴ fiendis H; faciendis V | ¹⁵ licet] cum V | ¹⁶ seu etiam] si et H; sed et V | ¹⁷ ad hec H.

*20.

Guillelmus in concilio Tarrachone, nonas februarii anno Domini millesime.CCC^o.VII.

LV. *Contra rectores ecclesiarum non celebrantes*

Plerique¹ parrochialium ecclesiarum rectores² provincie Tarrachone³, quamvis metu pene, cum alias essent privati eisdem ecclesiis ipso iure, diu est⁴ ad sacerdotium promoti fuerint⁵ infra tempus a canonibus prefinitum⁶, numquam tamen misam in ipsis ecclesiis vel alibi celebrarunt nec⁷ quod celebrare non possent impedimentum aliquod allegarunt⁸, fraudem predictis canonibus facientes, qui per⁹ celebranda missa statuerunt principaliter eos debere ad sacerdotium promoveri, nec attendentes nature, et rationi esse consonum¹⁰ illos non recusare onera, qui rerum comoda amplectuntur. Idcirco nos Guillelmus¹¹ miseratione divina archiepiscopus Tarrachone¹², apud¹³ Tarrachonam¹⁴ provinciale concilium celebrantes, statuimus, eodem concilio approbante, quod omnes predicti rectores ad sacerdotium iam promoti, missam celebrent infra tres menses proxime subsequentes¹⁵. Et qui de cetero ad sacerdotium promovebuntur, infra¹⁶ alios tres menses a tempore que promoti fuerint computandos¹⁷; alioquin a receptione fructuum dictarum ecclesiarum, qui per ordinarios in ecclesiarum ipsarum necessariis¹⁸ convertantur¹⁹, auctoritate presentis statuti noverint se suspensos, nisi iusto impedimento detenti, quod ex culpa non provenerit eorundem, de quo infra dictos tres menses²⁰ proprio diocesano fidem facere teneantur, de consilio eiusdem²¹ diocesani duxerint abstinendum. Et quia generale concilium graviter reprehendit minores et²² clericos²³ et prelatos qui vix celebrant quater in anno, statuimus quod ipsi rectores et omnes alii predicti missas celebrent ut frequentius²⁴ poterunt²⁵ comode et honeste; ita quod circa missarum celebrationem, que²⁶ incumbit ex officio, non possint notari negligentes, seu nimium²⁷ delicati. Cui constitutioni totum concilium consensit et approbavit

¹ plerique] clerici *add.* H | ² rectores] quo *add.* H | ³ Tarraconensis V | ⁴ est] quod *add.* H | ⁵ fuerunt V | ⁶ prefinitum] institutum V | ⁷ nec] et H | ⁸ allegantes H | ¹² miseratione divina archiepiscopus Tarrachone] et cetera H; sanctae Tarraconensis ecclesiae archiepiscopus V | ¹³ apud *om.* V | ¹⁴ Tarrachonam G | ¹⁵ sequentes H | ¹⁶ nitra H | ¹⁷ computando H | ¹⁸ necessaria V | ¹⁹ comitantur H | ²⁰ menses *om.* H | ²¹ eiusdem] ipsius H | ²² et] etiam V | ²³ et clericos] ecclesiasticos H | ²⁴ ut frequentius] quam frequentissime V | ²⁵ poterint HV | ²⁶ que] eis *add.* H | ²⁷ nimium] minime H.

20. Concili mal datat de Guillem de Rocabertí.—Sense rúbrica en el XIII. Els còdexs restants amb la datació impossible de "Primum consilium domini Guillelmi de Rochabertino, nonas februarii anno Domini m^o.ccc^o.septimo" (IX i XIV) i "Guillelmus in concilio Tarracone, nonas februarii anno Domini millesimo ccc^o.vii^o" (I a VIII, X a XII i XV a XIX). Pervé ja del volum original de la compilació.

LVI. *Quod legata facta fratribus minoribus que ipsi tenere¹ non possunt, distribuantur per ordinarios*

Cum in omnibus piis voluntatibus defunctorum sit per episcopos providendum, precipimus universis episcopis provincie Tarrachone² quod quilibet in suis civitatibus et diocesis donata³ assignata seu legata fratribus minoribus, seu eorum ordini, pro aniversariis faciendis seu missis celebrandas vel alias, que ipsis fratribus, secundum eorum ordinem⁴ regularem⁵ et professionem non licebat recipere⁶ seu⁷ habere, et que ipsi fratres ex superioris precepto extra manum suam possuerunt vel ponere debuerunt, a quibuscumque et per quoscumque detineantur⁸ converterte studeant cum heredum⁹ defunctorum qui predicta dederunt, assignarunt¹⁰ seu legaverunt, consilio, in anniversaria¹¹ in aliis locis facienda¹², vel misas¹³ celebrandas¹⁴ vel alia¹⁵ opera¹⁶ pietatis, voluntates¹⁷ ipsorum defunctorum, in quibus observari comode potuerint¹⁸ observando.

¹ temere om. H | ² Tarraconensis V | ³ condam om. H; condam et V | ⁴ ordinem om. H | ⁵ regulam V | ⁶ percipere V | ⁷ seu vel V | ⁸ teneantur H | ⁹ heredibus H | ¹⁰ assignaverunt GHV | ¹¹ anniversariis V | ¹² faciendis V | ¹³ missis V | ¹⁴ celebrandis V | ¹⁵ aliis V | ¹⁶ operibus V | ¹⁷ opera pietatis voluntates om. H | ¹⁸ poterunt GHV.

*21.

Eximius¹ in primo concilio celebrato Tarrachone anno Domini .M^o. CCC.XVII²

LVII. *De rebus ecclesiis³ non alienandis*

Volentes ecclesiarum indemnitatibus providere, statuimus quod aliquis prelati vel clericus, cuiuscumque status vel conditionis existat, bona, dignitatis vel benefitii⁴ sui⁵ obligare sub sigillo regio non presumat⁶. Et qui contra fecerit, eo ipso excomunionis⁷ sententie ipsum decernimus subiacere.

¹ Eximius H | ² xvii] viii kalendas martii add. GH | ³ ecclesie G | ⁴ benefisiorum H; beneficia V | ⁵ sua V; sui om. H | ⁶ presumant H | ⁷ excommunicationis V.

21. Primer concili d'Eiximèn de Luna, 22 febrer 1318.—Omet la rúbrica còdex XIII. "Eximius in primo concilio celebrato Tarrachone anno Domini m^o.ccc^o.xvii^o" (I, III, IV, VIII, XV i XVI); "Eximius in primo concilio celebrato Tarrachone anno Domini m^o.ccc^o.xvii^o, viii kalendas martii" (II, V, VI i XVII); "Eximius in primo concilio celebrato Tarrachone (del. 3 lit.) kalendas (del. 6 lit.) anno Domini m^o.ccc^o.xvii^o, en XII; "Constitutiones domini Exemini archiepiscopi Terrachone in primo concilio anno Dominio m^o.ccc^o.xviii^o, viii kalendas augusti (IX i XIV); "Eximius in primo concilio celebrato Tarrachone

LVIII. *Quod canonici et clerici beneficiati communicare¹ debeant bis in anno*

Item cum clerici exemplum et forma esse debeant laicorum, statuimus, et sub virtute sancte obedientie precipiendo mandamus, quod² omnes canonici cathedralium et collegiatarum ecclesiarum et alii clerici beneficiati qui sacerdotes non fuerint, saltem comunicent bis in anno³, nisi ex causa de licentia proprii confessoris⁴ ea vice duxerint abstinentium. Rectores vero ecclesiarum et alii in sacerdotio constituti⁵ ad minus celebrent ter⁶ in anno.

¹ comunicari H | ² quod] quatenus V | ³ in anno bis *transp.* V | ⁴ confessoris] sacerdotis confessorum H | ⁵ in sacerdotio constituti] sacerdotes V | ⁶ ter om. H; ter celebrant *transp.* V.

*22.

Eximius in secundo concilio celebrato Terrachone .VIII. kalendas februarii¹ anno Domini millesimo .CCC.XX. tertio

LIX. *Contra diffidentes² prelatos et personas ecclesiasticas*

Predecessorum nostrorum, qui condempnaverunt³ diffidari prelatos et personas ecclesiasticas, vestigiis inherentes, sacro approbante concilio, statuimus ut si deinceps cuiuscumque status⁴ existens diffidaverit seu acuydari⁵ fecerit⁶ aut⁷ procuraverit, publice vel occulte, archiepiscopum vel episcopum, vel eorum officiales, vel prelatum aut religiosum, vel alium clericum beneficiatum, vel⁸ in sacris ordinibus constitutum, seu predictorum occasione homines et loca eorum administrationi comissa⁹, sive in hoc dederit scienter¹⁰ consilium, auxilium vel favorem, ipso facto sententiam excommunicationis¹¹ incurrat et denuntietur excommunicatus cotidie, dum in excommunicatione perstiterit, pulsatis campanis¹² et candelis extinctis. Et nichilominus terra seu¹³

anno Domini m°.ccc°.xviii°, v° kalendas martii" (X); "Eximius in primo concilio Terrachone anno Domini m°.ccc°.xviii° (XVIII); "Eximius in primo concilio celebrato Tarrachone anno Domini m°.ccc°.xii°, viii° kalendas martii" (XI); "Eximius in iiii° concilio celebrato Tarrachone, anno Domini m°.cc°.xviii°" (VII).

22. Segon concili d'Eiximèn de Luna, 25 gener 1324. — Sense rúbrica en XIII; "Eximius in secundo concilio celebrato Terrachone viii° kalendas februarii anno Domini m°.ccc°.xxiii°" (XV); "Eximius in secundo concilio celebrato Terrachone viii° kalendas febroarii anno Domini m°.ccc°.xx°.ii°" (IV); "Eximius in secundo concilio celebrato Terrachone viii° kalendas martii m°.ccc°.xxiii°" (III); "Eximius in secundo concilio celebrato Tarrachone viii° kalendas febroarii anno Domini m°.ccc°.xxx°.iii°" (XIV). Els altres catorze còdexs porten correctament "Eximius in secundo concilio celebrato Tarrachone viii° kalendas februarii, anno Domini millesimo ccc°.xxiii°".

castra¹⁴ ipsius, si qua habuerit, eo ipso subiaceant ecclesiastico interdicto, a qua sententia nullatenus absolvatur, nec interdictum ipsum relaxetur, donec de iniuria et dampnis propterea irogatis satisfecerit competenter. Quod si clericus cuiuscumque status vel conditionis existens, aut religiosus in hiis deliquerit, si beneficium ecclesiasticum vel administrationem habet¹⁵ preter penas predictas, a beneficiis omnibus et administratione¹⁶ eo ipso privatus; si vero beneficiatus non fuerit, perpetuo sit inhabilis ad ecclesiasticum beneficium obtinendum, donec secum super hoc per Sedem Apostolicam fuerit dispensatum.

¹ februarii H | ² diffidentes H | ³ condemnaverunt] abusum execrabilem diffidandi *add.* V | ⁴ vel conditionis] conditionisve V | ⁵ acuidaverit GHV | ⁶ fecerit F; *om.* H; fecerit G | ⁷ aut diffidari H; seu acuidaverit dididari vel V | ⁸ vell alium *add.* V | ⁹ seu predictorum *ab usq.* comisa *om.* H; comissa] acuidaverit V | ¹⁰ scienter dederit *transp.* HV | ¹¹ excommunicationis V | ¹² campaneis H | ¹³ seu] loca et *add.* V | ¹⁴ castra GHV; caustra F | ¹⁵ habeat] obtineat GV; obtinuerit H | ¹⁶ administrationibus H; administratione] sit *add.* V.

LX. *Quod iurisdictio ecclesiastica per seculares iudices non impediatur*¹

Ecclesiastica iurisdictio a seculari esse distincta² dinoscitur, et una per alteram impediri non debet, sed potius adiuvari. Quia vero nonnulli seculares iudices, statuta canonica³ circa hec edita contempnentes, clericos et alias personas ecclesiasticas super rebus suis et causis iniuriose coram se compelluntur⁴ in iudicio litigare, ac⁵ alias personas recurrentes ad ecclesiasticum forum super causis que ad idem⁶ forum ecclesiasticum de iure vel antiqua consuetudine pertinere noscuntur, desistere⁷ compellunt, sacro approbante concilio statuimus et universis⁸ prelatis, in virtute sancte obedientie precipiendo mandamus, quatenus statutum felicis recordationis⁹ Bonifacii¹⁰ pape octavi, quod incipit *Quoniam ut intelleximus*, in suis episcopalibus sinodis, ac in ecclesiis etiam suarum diocesum ubi expedire viderint, faciant publicari predictosque iudices excommunicatos publice nuntiari.

¹ Quod iurisdictio *ad usq.* impediatur] De foro ecclesiastico servando H | ² distincta esse *transp.* HV | ³ canonum GHV | ⁴ compellunt V | ⁵ ac et V | ⁶ idem eundem H | ⁷ desistere ad desistendum HV | ⁸ universis et singulis *add.* V | ⁹ recordationis bone memorie *add.* H | ¹⁰ Bonifacii *om.* H.

*23.

*Iohannes patriarcha Alexandrinus*¹ ac administrator ecclesie Tarrachone in primo² [concilio] per eum celebrato Tarrachone³, anno Domini .M^o.CCC.XX.nono⁴

LXI. *Quod saraceni non proclament nomen perfidi Baphometi*

Quamvis circa multa invigilare⁵ debeat⁶ sollicitudo officii pastoralis ferventiori, tamen zelo ipsarum⁷ ad ea convenit propensius excitari, que in Divini Nominis opprobium vergere dinoscitur. Hinc est quod cum in Viennensi⁸ generali concilio⁹, provide fuerit ordinatum et principibus christianis sub obtestatione divini iudicii iniunctum, ut a terris suis abhominabilem auferrent¹⁰ abusum quo sarraceni eisdem subiecti alta voce¹¹ invocabant¹² nomine perfidi¹³ Baphometi¹⁴. Cui sancte constitutioni, licet dominus Rex patituri¹⁵ sicut princeps catholicus et fidelis, tamen quidam in nostra provincia Tarrachone¹⁶ que sua sunt querentes non que Ihesucristi, predictam prohibitionem minime servaverunt, quin immo adhuc¹⁷ in eorum locis iamdicta fit¹⁸ sacrilega¹⁹ invocatio, sicut prius in Divine Magestatis offensam et animarum suarum grave periculum et iacturam. Qua propter, non valentes tantam Dei offensam et ecclesie tolerare, cum iuxta canonicas sanctiones peccatum paganitatis incurrat, qui se christianum asserens Sedi Apostolice obedire contempnit, sacro approbante concilio, predictos²⁰ omnes dominos temporales sarracenorum dominium obtinentes, cuiuscumque status vel conditionis existant²¹, monemus et eisdem iniungimus ut, infra²² duos menses a publicatione presentis constitutionis continue numerandos, prohibeant et prohiberi faciant ne talis nefanda professio et proclamatio²³ in locis eorum fiat. Alioquin, quia facientis culpam habet²⁴ qui dum possit manifesto facinori desinunt obviare, excomunio²⁵ sententie se noverit subiacere, et eorum terram seu loca que in illa habent diocesi in qua fit proclamatio supradicta²⁶, supposita²⁷ ecclesiastico interdicto, a qua sententia nequaquam absolvantur²⁸ nec interdictum relaxetur donec predicta prohibuerint fieri²⁹ cum effectu. Monemus insuper et ortamur in Domino, prefatum³⁰ regem et quoscumque alios dominos temporales nostre provincie ut, ob divinam reverentiam et ut ex

23. Noves constitucions promulgades en el concili de 1330. — Els còdexs I, III, IV, VII, VIII, XV, XVI, XVIII i XIX consignen la rúbrica "Iohannes patriarcha Alexandrinus ac administrator ecclesie Tarrachone in primo concilio per eum celebrato Tarrachone anno Domini m^o.ccc^o.xx^o nono"; els còdexs II i XI consignen el mateix, afegint-hi "viii^o kalendas martii"; igualment fa el XVII, però posant "mai" en lloc de "martii". Els còdexs V, VI, IX, X, XII i XIV posen la rúbrica "Iohannes patriarcha Alexandrinus ac administrator ecclesie Tarrachone in primo concilio per eum celebrato, anno Domini m^o.ccc^o.xxix^o, quarto kalendas martii". El còdex XIII, com de costum, no dóna indicacions.

hoc eterne beatitudinis premia consequantur, prohibeant iudeis et saracenis sub³¹ eorum dominio³², simul cum christianis degentibus, ne diebus dominicis et festivis, quibus a³³ servilibus operibus abstinent christiani, in plateis vel³⁴ vicis, vel³⁵ aliis locis publicis, servilia seu mecanica opera coram christianis publice³⁶ operentur.

¹Alexandrie H | ²primo] concilio *add.* H | ³Tarrachone *om.* H | ⁴nono kalendas martii *add.* H | ⁵invigilare habeat *add.* V | ⁶debeat] habeat H | ⁷ipsam V | ⁸Vienne H | ⁹concilio generali *transp.* H | ¹⁰auferint G | ¹¹voce *om.* H | ¹²invocant H | ¹³perfidii nomen V | ¹⁴Mahometi H; Machometi V | ¹⁵paruerit V | ¹⁶Tarraconensi V | ¹⁷adhuc *om.* H | ¹⁸audita fuit V | ¹⁹sacrilegia H | ²⁰predicto H | ²¹existentes H | ²²infra post H | ²³et proclamatio *om.* H | ²⁴habent HV | ²⁵excommunicationis V | ²⁶supradicta *om.* V | ²⁷suppositum GH; supposita sint *add.* V | ²⁸absolvantur H | ²⁹fieri prohibuerint *transp.* HV | ³⁰prefatum dominum *add.* V, prefatum predictum H | ³¹sub vel H | ³²dominorum H | ³³a et H | ³⁴vel *om.* V | ³⁵vel aut HV | ³⁶coram christianis publice *om.* H.

LXII. De synodo annis singulis celebranda

Ad memoriam reducentes statuta patrum, in quibus precipitur ut semel in anno per episcopos sinodalia concilia celebrentur¹, et quia² super hoc reperimus aliquos episcopos nostre provincie negligentes, sacro approbante concilio, statuimus, et in virtute³ obedientie suffraganeis nostris precipimus, ut singulis annis, per se vel⁴ ydoneos viros, si ex causa necessaria fuerint prepediti, dicta sinodalia concilia habeant celebrare.

¹celebrantur H | ²quia *om.* HV | ³virtute] sancte *add.* HV | ⁴vel] per *add.* V.

LXIII. De clericis concubinariis¹ et in suis² ecclesiis non residentibus

Quoniam, teste Scriptura, mundos et sedulos esse convenit qui Domini ferunt³ vasa⁴; ideo sacro approbante concilio ordinamus, ut contra clericos concubenarios, presertim publicos⁵, eorumque⁶ concubinas, et rectores ecclesiarum in suis non residentes ecclesiis, episcopi in⁷ visitationibus, quas semel⁸ precipimus fieri anno⁹, quolibet¹⁰, seu alias, sic procedat¹¹ iuxta canonica seu sinodalia instituta¹², ne peccatum eorum proprium facere videantur¹³.

¹concubinariis H | ²suis *om.* H | ³fuerint H | ⁴vasa ferunt *transp.* V | ⁵publica H | ⁶et eorum H | ⁷in] suis *add.* H | ⁸semel *om.* H | ⁹in anno fieri precipimus *transp.* HV | ¹⁰quolibet *om.* H | ¹¹procedant HV | ¹²statuta V | ¹³videantur] teneantur H.

LXIV. De ornamentis ecclesiasticis munde tenendis¹

Ut per temporalem² mundiciam spiritualis munditia³ designetur, precipimus quod clerici, quibus hoc ex officio competit, ecclesias, altaria,

vestimenta et alia ecclesiastica ornamenta, munda teneant, lavent corporalia ⁴, hostias faciant per seipsos vel per clericos ⁵ fieri faciant.

§ Contrarium vero facientes, penam viginti solidorum usualis monete, convertenda in ornamento ipsius ⁶ ecclesie ⁷, sine remissione aliqua, se noverint incurrisse.

¹De ornamentis ecclesiasticis munde tenendis] De tenendis ornamentis ecclesiasticis H | ²temporalem] corporalem HV | ³mundities V | ⁴corporalia] et *add.* HV | ⁵clericos] haec *add.* V | ⁶ipsius *om.* H | ⁷ecclesiae] sue *add.* H.

*24.

LXV. *Ut* ¹clerici ²celebrare volentes ³posint adinvicem se absolvere

Ut misse cum puritate conscientie celebrent ⁴, et ne propter defectum confessoris eas omitti ⁵ contingat, indulgemus quod quilibet presbiter volens misam celebrare, si non habet copiam proprii confessoris ⁶, possit cuilibet presbitero idoneo sua confiteri peccata ⁷ et absolutionis beneficium recipere ab eodem.

¹Ut Quod H | ²clerici] presbiteri H | ³volentes celebrare *transp.* H | ⁴celebrentur HV | ⁵omnino H | ⁶confessores] sacerdotis H; confessores] confessoris V | ⁷peccata confiteri *transp.* V.

LXVI. *De laicis parrochiales ecclesias detinentibus*

Quia in aliquibus locis nostre provincie ¹laici parrochiales ecclesias occasione iure patronatus, quod in eis habere se asserunt, vel alias, detinent ²occupatas ³, monemus huiusmodi laicos ut, infra duos menses, dictas ecclesias omnino dimittant per locorum ordinarios seu alios ad quos pertinet libere disponendas, alioquin tam illi qui nunc ⁴dictas ecclesias detinent, quam qui postea presumpserint detinere, noverint se sententiae excommunicationis ⁵subiacere, non obstante consuetudine aliqua que dicenda est potius corruptela. Per hoc autem, nos ⁶nolumus habentibus ius patronatus, in iure presentandi in aliquo derogari ⁷.

¹provincie nostre *transp.* H | ²detinent HV; detinent F | ³occupatos H | ⁴nunc *om.* H | ⁵excommunicationis sententia *transp.* H; excommunicationis sententiae V | ⁶nos *om.* HV | ⁷derogare V.

24. En el còdex I, aquesta constitució LXV presenta l'anomalia de venir situada després de la cloenda del concili i seguida de les signatures del patriarca d'Alexandria i dels bisbes de València, Girona, Tortosa, Urgell i Lleida.

LXVII. *Quod constitutio "Omnis utriusque sexus" servetur*

Ne circa ea que sunt de necessitate salutis, periculosa ignorantia allegetur, precipimus ecclesiarum rectoribus et eorum locatentibus ut, ad minus quater in anno, exponant parrochianis suis qualiter ¹ iuxta statutum concilii generalis quilibet ex quo ad annos discretionis pervenerit, masculus videlicet ad XIII, femina vero ad XII ², tenetur ³ semel saltem ⁴ in anno, omnia ⁵ sua peccata fideliter ⁶ confiteri, et recipere, ad minus in festo Pasche ⁷, Eucharistie sacramentum, nisi de licentia ⁸ confessoris ad tempus duxerit abstinendum. Aliter, vivens, ab ingressu ecclesie arceatur, et moriens, careat ⁹ ecclesiastica sepultura.

¹qualiter] quatenus V | ²XII pervenerit *add.* V | tenetur] debuerunt tenere H | ⁴ saltem semel *transp.* H | ⁵ omnia *om.* H | ⁶ fideliter *om.* H | ⁷ Pasche] resurrectionis *add.* V | ⁸ de licentia] deligentia H.

XLVIII. *De duabus personis mittendis ad studium*

Quia viris literatis Ecclesia in suis actibus noscitur indigere, predecessorum nostrorum sequentes vestigia, provide ducimus ¹ statuendum quod, de qualibet ecclesia cathedrali ² per episcopum et capitulum ³ due persone docibiles ⁴ ad theologie vel iuris canonici studium transmittantur. Et cum per tempus sufficiens ad mittentium arbitrium studuerint, in altera de dictis scientiis ad ecclesiarum ⁵ propria ⁶ revocentur, et ⁷ due alie ad dictum studium destinentur ⁸, non obstante contraria consuetudine vel statuto. Qui si mittere personas predictas cessaverint per sex menses, ex tunc ea vice potestas eligendi et mittendi easdem ad nos et successores nostros Tarrachonenses ⁹ archiepiscopos devolvatur. Et ¹⁰ in aliis conventualibus ecclesiis nostre provincie, ubi ad minus sint decem persone tanquam collegium et habeant prelatum, precipimus observari. Salvis constitutionibus seu consuetudinibus ecclesiarum in quibus hec missio ad episcopum tantum dinoscitur pertinere. Ita tamen quod si ¹¹ episcopus, infra dictum tempus negligens fuerit, ad nos missio huiusmodi ut predicatur devolvatur ¹²; persona vero predicta in dicto studio existens, omnia ea, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, percipiat que percipient ¹³ si in eisdem ecclesiis personaliter residerent.

¹ duximus HV | ² cathedrali] et collegiata seculari vel regulari provincie Terrachone *add.* H | ³ per episcopum et capitulum *om.* H | ⁴ docibiles] perpetuo de cathedrali per episcopum et capitulum seu conventum ubi in capitulo vel conventu sint saltem decem persone institute collegialiter designetur nisi hoc ad episcopum pertineat de consuetudine vel statuto que *add.* H | ⁵ ecclesiarum] ecclesiam V | ⁶ propriam HV | ⁷ et *om.* H | ⁸ detineantur H | ⁹ Tarrachone H | ¹⁰ Et] idem *add.* V | ¹¹ si] dictus *add.* V | ¹² Et in aliis conventualibus *ad usq.* predicatur devolvatur *om.* H | ¹³ perciperent V.

LXIX. *Quod constitutio contra invasores servetur ex quo sciatur in locis vicinis servari*

Cum affectata ignorantia maxime in viris ecclesiasticis reprobetur, presenti constitutione sanctimus quod cum¹ rector aliquis seu² vicarius provincie Tarrachone³ in katedrali, vel convicinis sibi ecclesiis, ad mandatum sui episcopi vel officiales⁴ eiusdem sciverint⁵ contra personas aliquas constitutiones sacri concilii Tarrachone⁶ per quas a divinis cessatio⁷ indicitur⁸ observari, ita quod ipsis personis⁹ presentibus¹⁰ cessetur¹¹ inibi¹² a divinis in sua ecclesia et parrochia eas servet, et ipsis personis presentibus, non expectato mandato alio, cesset similiter a divinis¹³.

§ Et, si contrarium fecerit, ipsum in illas penas incidere declaramus in quas incideret si mandatum huiusmodi¹⁴ habuisset.

¹ cum] si V | ² seu] vel V | ³ Tarrachonensis V | ⁴ officiales H; officialis V | ⁵ sciverit V | ⁶ Tarraconensis V | cessatio a divinis *transp.* H | ⁸ indicitur] in eis dicitur H | ⁹ personis *om.* H | ¹⁰ presentibus] non expectato mandato alio *add.* H | ¹¹ cesset H | ¹² ibidem V; inibi] similiter H | ¹³ in sua ecclesia *ad usq.* cesset similiter a divinis *om.* H | ¹⁴ huiusmodi] hinc comode H.

LXX. *Quod nullus christianus nuptiis¹ seu circumcissionis² iudeorum vel sarracenorum intersit³*

Abusus quidam abhominabilis nomini christiano in locis aliquibus Tarrachonensis provincie inolevit, quod christiani aliquid⁴ iudeorum et sarracenorum nuptiis, circumcissionibus ac⁵ sepulturis interesse presumunt, causa honorandi eosdem, et in ipsorum⁶, ex causis premissis, convivis⁷ cum eis⁸ comedere non verentur, ac in dictis circumcissionibus compaternitatis vinculum quod nephas est dicere⁹ contrahere cum eisdem. Nos igitur volentes abusum huiusmodi de nostra provincia extirpare, predicta et quodlibet¹⁰ predictorum fieri de cetero prohibemus.

§ Si quis vero contra hanc¹¹ prohibitionem¹² fecerit, excommunicationis¹³ sententie se noverit subiacere.

¹ nubcii H | ² circumscissionibus H | ³ intersint H | ⁴ aliqui HV | ⁵ ac] et V | ⁶ eorum H | ⁷ convivis] caeremoniis V | ⁸ eisdem V | ⁹ dicere] dicuntur *add.* H | ¹⁰ quaelibet V | ¹¹ hanc] haec V | ¹² prohibitionem] provisionem H; inhibitionem V | ¹³ excommunicationis V.

LXXI. *De capis portandis¹ ad divinum officium*

Item² statuimus quod³ archiepiscopus et episcopi et alii prelati et⁴ canonici katedralium vel⁵ collegiatarum ecclesiarum⁶, secularium vel regularium, infra⁷ ecclesias suas vel claustra, ad divina officia et pro-

cessionones a festo Omnium Sanctorum usque ad sabbatum Pasche defferant capas⁸, exceptis diebus quibus capis sericis⁹ solent uti.

§ Alioquin in choro superiori¹⁰ seu maiori non sedeant, nec in processionibus inter capatos¹¹ incedant, sed¹² eos precedere teneantur.

¹ capis portandis *transp.* H | ² Item *om.* V | ³ quod] ut V | ⁴ et] ac G | ⁵ vel] et V | ⁶ ecclesiarum collegiatarum *transp.* H | ⁷ infral] intra V | ⁸ capas] nigras *add.* GHV | ⁹ siricis H | ¹⁰ superiori choro *transp.* H | ¹¹ captos V | ¹² sed] si H.

LXXII. *De hiis qui per¹ potentiam volunt beneficia ecclesiastica obtinere*

Statuimus ut clerici, seculares vel regulares, qui per potentiam vel impressionem cuiuscumque secularis persona², se per patronos ad ecclesiastica beneficia procuraverint presentari, aut sibi³ conferri, provideri vel eligi ad eadem aut ad hoc literas, nuntium vel mandatum impetraverint aut fecerint impetrari, seu tali presentationi, collationi⁴, provisioni vel electioni consenserint, aut ratam habuerint, excommunicationis⁵ sententiam eo ipso se noverint incurrisse, et inhabiles fiant ad obtinendum dicta beneficia ea vice.

¹ per *om.* H | ² persone HV | ³ sibi] provideri *add.* H | ⁴ collatione presentationeque *transp.* H | ⁵ excommunicationis.

LXXIII. *Quod cause matrimoniales non audiantur nisi in locis insignibus et per illos qui statuta canonum¹ non ignorent*

Ut animarum periculum evitetur, statuendo precipimus, in virtute² obedientie, universis episcopis nostre provincie ne causas matrimoniales ad eorum forum spectantes sub generali vel speciali comissione audiri vel decidi permittant, nisi per illos qui statuta canonum non ignorent³ et peritiam habeant iudicandi, et in civitatibus vel locis insignibus ubi haberi possit copia peritorum; alias processus sit irritus et inanis. Per hoc tamen receptionem testium⁴ extra dicta loca, ubi opporuerit, non intendimus prohibere.

¹ statuta canonum] canonica statuta H | ² virtute] sanctae *add.* V | ³ ignorent V | ⁴ testium *om.* H.

LXXIV. *Quod in diebus ieiunii¹ non comedantur carnes*

Prohibemus² districtius, sub pena excommunicationis et maledictionis eterne, ne aliquis, cuiuscumque status vel conditionis existat, in ieiuniis per Ecclesiam indictis, et precipue in Quadragesima, carnes comedat nisi necessitate cogente, et etiam tunc in absconso. Confessores autem,

religiosi vel seculares qui, preterquam in casu necessitatis urgentis, licentiam alicui dederint carnes dictis ieiuniis comedendi, graviore subiacent discipline³.

¹ ieiuniorum H | ² Prohibemus] Huic morbo congruam cupientes adhibere medelam, sacro approbante concilio *add.* V.

Glosa ex cod. H, ut sequitur: Quamvis ieiunia per ecclesias indicta sint a christifidelibus summa diligentia observanda, ita ut in eis usus carnum nisi urgens necessitas hoc requirat non debeat indulgeri nonnulli tamen deliciis et voluptatibus dediti nescientes usque ad exterminium vite et tunc se pro nunc actibus coaptare nulla necessitate cogente interdum proprio arbitrio non numquam sub per alio licentie confessorum temporibus ieiunorum et quod gravius Divinam Magestatem offendunt et in quatuor temporibus et quadragesima carnes comedunt impudenter, quod quidem cedit in animarum suarum periculum et scandalum et exempli perniciosum aliorum. Cupientes igitur huic morbo congruam adhibere medelam, sacro approbante concilio, sub pena excommunicationis et maledictionis eterne districtius prohibemus ne aliquis cuiuscumque status vel conditionis existat dictis temporibus carnes comedat nisi necessitate cogente et unce etiam in absconso. Confessores autem religiosi vel seculares qui preterquam in casu necessitatis urgentis licentiam alicui dederint carnes dictis temporibus comedendi graviori discipline subiaceant.

LXXV. De celebratione missarum¹

Quia nonnulli minus provide attendentes, quod propter officium sint² beneficia ecclesiastica instituta³, vix vel numquam missam celebrant in ecclesiis quas obtinent seu in quibus institute sunt dignitates vel⁴ beneficia quorum ratione celebrare tenentur. Idcirco⁵, sacri approbatione concilii⁶, precipimus statuantes⁷ ut omnes et singuli parochialium ecclesiarum rectores et⁸ quivis alii⁹ dignitates, vel beneficia, quocumque censeantur nomine, nunc¹⁰ imposterum¹¹ obtinentes, quorum ratione missas celebrare tenentur in ipsis¹² ecclesiis et altaribus in quibus sunt huiusmodi dignitates vel beneficia, decies saltem in anno missas¹³ celebrent, nisi absentia, vel alia iusta causa ad arbitrium diocesani proprii¹⁴ eos reddat probabiliter excusatos.

§ Quisquis aut¹⁵ huiusmodi¹⁶ salutaris statuti temerarius extiterit violator a perceptione fructum et proventum ecclesie dignitatis vel beneficii huiusmodi¹⁷, donec decies, ut premititur¹⁸ celebrando moram purgaverit¹⁹, noverit se suspensum, qui per²⁰ diocesanum ipsum in utilitatem ipsius²¹ ecclesie, dignitatis vel beneficii penitus convertantur²².

¹ missarum] saltem decem *add.* H | ² sunt HV | ³ instituta] assecuta H | ⁴ vel] et V | ⁵ Idcirco] Ideo H | ⁶ sacro approbante concilio V | ⁷ statuantes precipimus *transp.* V | ⁸ et *om.* H | ⁹ alias H | ¹⁰ nunc] vel *add.* GHV | ¹¹ in posterum] in futurum H | ¹² ipsis] propriis H | ¹³ missas *om.* H | ¹⁴ proprii diocesani *transp.* H | ¹⁵ autem GHV | ¹⁶ huius HV | ¹⁷ huiusmodi] per sex menses *add.* H | ¹⁸ premititur] praedicitur V | ¹⁹ donec decies ut premititur celebrando moram purgaverit *om.* H | ²⁰ per *om.* H | ²¹ ipsius *om.* H | ²² convertatur H.

LXXVI. *De qualitate¹ ordinandorum*

Quia² illi sunt ad honores ecclesiasticos promovendi qui moribus³ et⁴ scientia pollere noscuntur, statuimus prohibentes⁵ ne ad sacros ordines promoveantur⁶ qui⁷ persone que gramaticam sciant seu latinis verbis loqui valeant competenter. Illi vero ad quos, ratione dignitatum vel personatam⁸ quos obtinent, competit examinare clericos et ad ordines presentare. Potestatem autem dispensandi super hiis⁹ ex causa, et quatenus a iure permittitur, per hoc non intendimus episcopis interdicitam.

¹ calitate H | ² Quia] Quoniam HV | ³ moribus] etate *add.* HV | ⁴ et *om.* V | ⁵ prohibentes] ac prohibemus V | ⁶ promoveantur] ordines *add.* H | ⁷ nisi GHV; qui F | ⁸ personatum HV | ⁹ attente] propensius HV | ¹⁰ his GV.

LXXVII. *De observatione constitutionis contra invasores*

Cum in constitutione domini Petri que incipit, *Item cum quidam*, caveatur expresse quod si principales malefactores, absque satisfactione, in mortis articulo fuerint absoluti, eorum tamen corpora non tradantur ecclesiastice sepulture, donec¹ heredes morientium dampnum² passis satisfecerint³ competenter. Ideo, attendentes quod verba intelligenda sunt cum effectu, sacro approbante concilio, excommunicamus omnes qui de cetero talia corpora, donec satisfactum fuerit ut predicatur⁴, scienter tradiderint ecclesiastice sepulture, et qui in hoc dederint consilium, auxilium vel⁵ favorem. Et quia ridiculum quodam modo reputatur non vitari per⁶ prelatos vel⁷ clericos⁸ qui ab eorum⁹ et ecclesiarum tutelam per alios vitari mandantur, precipimus, in virtute¹⁰ obedientie, prelati et clericis quibuscumque ne illos contra quos constitutio observabitur, ad mensam suam recipere audeant¹¹ vel etiam invitare.

¹ donec] per *add.* HV | ² dampna H | ³ satisfecerint] satisfactum fuerit HV | ⁴ ut predicatur fuerit *transp.* H | ⁵ vel] et V | ⁶ per *om.* H | ⁷ vel] et H | ⁸ clericos] eos *add.* V | ⁹ ab eorum] ob rerum V | ¹⁰ virtute] sancte *add.* HV | ¹¹ audeant] habeant H.

LXXVIII. *De modo visitandi*

Prelatis quibus competit ex¹ officio visitare, districte precipimus, ut visitationis officium exercentes, statuta canonica super hoc edita diligenter observent, et ecclesiis quarum omnes redditus et proventus sunt necessarii pro officio² earundem, procuracionem non exigant, set gratis teneantur visitare easdem. Ille insuper qui pro nobis vel aliquo episcopo visitabit, numerum evencionum³ taxatum archidiaconis non exce-

dat. Et tam ipse quam ⁴ archidioconus quicumque, cui ⁵ ex officio competit visitare, si peccuniam pro procuratione ⁶ in casu concesso a iure reperire voluerint, recipiant ⁷ .iiii^{or}. solidos Barchinone ⁸ vel tres solidos iaccenses, pro qualibet evectionum quas duxerint et non ultra. Et si evectiones, ultra predictum numerum ad expensas ecclesiarum quas visitabant duxerint, vel ultra predictam quantitatem pro unaque ⁹ evectionum in peccunia ¹⁰ receperint, preter alias penas a iure statutas, ab officio visitationis, donec duplum eis quod contra presens statutum receperint vel expenderint ¹¹ ecclesiis sic gravatis restituerint cum effectu, noverint se suspensos, nullam ¹² eis dantium remissione liberatitate seu gratia pro futura ¹³.

§ Precipimus etiam archidiaconis et aliis visitantibus ne venentur, nec aves vel ¹⁴ canes venaticos presumant ducere contra canonum ¹⁵ statuta.

¹ ex] suo *add.* V | ² officio] servitio HV | ³ evectionum H | ⁴ archidiaconis non excedat; et tam ipse quam *om.* H | ⁵ cui *om.* H | ⁶ procuracione] sua *add.* HV | ⁷ voluerit, recipiat V | ⁸ barchinonenses V | ⁹ unaquaque V | ¹⁰ et peccuniam V | ¹¹ expenderint vel receperint *transp.* V | ¹² nulla V | ¹³ Et si evectiones ultra predictum *etc. ad usq. gratia* pro futura] Et si aliquis visitator huiusmodi ultra predictam sumam procuracionem receperit vel evectiones taxatum a iure numerum duxerit preter alias penas a iure statuta, ab officio visitationis per annum noverit se suspensum. Et si sic suspensus visitare presumpserit a beneficiis ecclesiasticis ubicumque ea habeat noverit suspensum H | ¹⁴ vel] aut V | ¹⁵ canonica V.

LXXIX. *Contra denegantes iustitiam clericis* ¹

Decernimus temporale dominium vel iurisdictionem ² aliquam obtinentes vel etiam exercentes, qui voce preconia ³ vel aliter prohibuerint ne clericis vel personis ecclesiasticis redditus vel alia ⁴ que debentur eis debita exsolvantur, aut iustitiam eisdem clericis et personis de suis debitoribus seu malefactoribus facere denegaverint, vel mandaverint denegari, vel eosdem clericos seu personas ecclesiasticas bannuerint ⁵ seu banniri mandaverint ⁶, et dantes super hiis consilium, auxilium vel favorem, excomunionis ⁷ sententie subiaccere. Precipientes tales per locorum ordinarios ⁸ quousque ⁹ de iniuria et dampnis satisfecerint competenter, excommunicatos publice nuntiari.

¹ clericis] vel eos banientes *add.* G | ² iurisdictionem H | ³ praeconis V | ⁴ aliqua V | ⁵ banniverint V | ⁶ mandaverint] fecerint G | ⁷ excomunionis V | ⁸ ordinarios] episcopos V | ⁹ quousque] quoscumque H.

LXXX. *De testamentis*

Statuta per que in Tarrachonensi ¹ et in ² aliis diocesibus nostre provincie concedatur ³ clericis ut de bonis suis ecclesiasticis seu intuitu

ecclesie⁴ possint condere testamentum, qualitercumque et sub quibuscumque verbis ipsa statuta facta⁵ fuerant⁶ declarantes districtius inhi-
bemus ne alicui prelato, canonico vel alii clerico de rebus vel bonis
ecclesiasticis aut ecclesiarum seu⁷ beneficiorum suorum intuitu acqui-
sitis, liceat decetero heredem facere aliquem clericum vel laicum ex-
traneum⁸ vel⁹ coniunctum.

§ Si vero secus per quenquam presumptum fuerit eius testamentum
quo ad heredis institutionem eo ipso sit irritum et inane. Cetera vero
relicta¹⁰ vel legata per huiusmodi clericos¹¹ seculares facta¹² firma
permaneant, dum tamen¹³ relicta non fuerint¹⁴ personis alias prohibitis
vel indignis.

§ Bona autem que ad institutum heredem potuissent ex hereditate
huiusmodi, si non esset¹⁵ reprobata instituta¹⁶ pervenire, ipso facto
applicata et acquisita esse¹⁷ volumus pauperibus Ihesuchristi.

¹Tarrachone H | ²in om. HV | ³conceditur BV | ⁴ecclesie] adquisitus add. H; adquisitis add. V | ⁵facta om. V | ⁶fuerint HV | ⁷seu] vel V | ⁸extraneum lay- cum *transp.* H | ⁹vel om. H | ¹⁰relicta] disposita add. V | ¹¹clericos om. H | ¹²facta om. H | ¹³tamen] modo H | ¹⁴fuerit G | ¹⁵si non esset] esse H | ¹⁶insti- tutio GV | ¹⁷esse om. H.

*25.

Presentes autem constitutiones a predecessoribus nostris bone me-
morie edite ut superius continentur, in presenti volumine¹ redacte
fuerunt, et ille quas nos de novo edidimus, publicate, sacro concilio
approbante, in capitulo ecclesie Tarrachone², presentibus et assisten-
tibus venerabilibus fratribus nostris Raimundo Valentino³, Berenga-
rio Dertusensi, Arnaldo Urgellensi, Arnaldo Ilerdensi⁴, Galcerando Vi-
censi, episcopis suffraganeis nostris, et venerabilibus et religiosis fratre
Sancio de Aragonia gerente vices magistri Hospitalis sancti Iohannis
de Iherusalem⁵ in castellania Emposte, fratre Pontio Populeti, fratre
Iohanne Vallisdigne⁶, Gaylardo⁷ de Bellopodio et fratre Raimundo
sancti Felicis Guixellensis abbatibus, et aliorum suffraganeorum nos-
trorum⁸ Poncii Barchinone⁹ et Gastonis Gerundensis episcoporum,
necnon¹⁰ cathedralium¹¹ et collegiatarum ecclesiarum provincie Tar-
rachonensis¹² procuratoribus, et aliis quamplurimis¹³. Die lune inti-
tulata¹⁴ .iiii^o. kalendas martii, anno Domini millesimo .ccc^o.xxix^o., pre-
sentibus testibus venerabilibus Bernardo de Ulzinellis legum doctore,
et¹⁵ Raimundo Ianuarii preceptore¹⁶ Valentie et pluribus aliis¹⁷.

25. Cloenda i subscripcions.—Els còdexs IV i VII ometen la cloenda “Pre-
sentes autem constitutiones etc.”. Al X li manca el foli 152, on li corresponia
venir-hi transcrita. La contenen, expressant ací la data correcta de “iv^o kalendas
martii”, tots els demés còdex. Els VIII, XIII i XV contenen, ademés, les subs-
cripcions.

¹ praesens volumen V | ² Tarraconensis V | ³ Valentiae H | ⁴ Ilerdensi et *add.* V | ⁵ de Iherusalem] Iherosolymitani V | ⁶ Vallisdigne et *add.* V | ⁷ Gallardo GH; Geraldo V | ⁸ nostrorum videlicet *add.* H | ⁹ Barcinonensis V | ¹⁰ episcoporum necnon] nunc episcoporum H | ¹¹ cathedralium ecclesiarum *antep.* V | ¹² Tarrachone H | ¹³ quampluribus aliis *transp.* H | ¹⁴ intitulata] incirculata H | ¹⁵ et *om.* V | ¹⁶ procuratore V | ¹⁷ et pluribus aliis Guillelmo de Occulomoderdinorum et Laurentio Martini canonico Ilerdensi, Francisco de Oliveriis de Castellione et Petro Marça de Gandesia ecclesiarum rectoribus Dertusensium et Berengario Ferrarii de Arcuberiis (Arcubus V) Tarraconensis diocesis, *add.* HV.

Ex Edit. C. Tarraconen. subscriptiones.

Nos Ioannes patriarcha Alexandrinus et administrator ecclesiae Tarraconensis subscribimus, et sigillum nostrum appendi fecimus.

Ego Raimundus Valentiae episcopus subscribo.

Ego Berengarius Dertusensis episcopus subscribo.

Ego Gasto Gerundensis episcopus subscribo.

Ego Arnaldus Urgellensis episcopus subscribo.

Ego Arnaldus Ilerdensis episcopus subscribo.

Signum Raimundi Ferrarii notarii publici et iurati reverendi in Christo patris et domini Raimundi, divina providentia Valentini episcopi, qui praedictis correctioni, additioni, examinationi et publicationi constitutionum praedictarum, tam antiquarum quam novarum praesens fui, et de mandato reverendissimi domini patriarchae praedicti subscripsi die et anno praefixis.

Signum mei Petri Tost reverendissimi patris et domini domni patriarchae et administratoris praefati notarii publici et iurati, qui correctioni, additioni, examinationi, et publicationi, ac subscriptionibus praedictarum provincialium constitutionum in praesenti volumine contentarum, redactarum, ac omnibus et singulis supradictis, una cum dictis testibus ut praedicitur praesens fui; et de mandato ipsius domini patriarchae et sacri concilii ipsas constitutiones, quae in sexdecim chartis huius voluminis continentur, ex utraque parte scriptis, quarum quaelibet est solito signo meo signata sub hac forma publica, propria manu scripsi cum litteris tamen rasis, et emendatis, etc.

